


Leonhard Carlier Johann Helwich Heim

Dissertatio Inauguralis Juridica De Jurisdictione Territoriali, Von der hohen Landes-Gerechtigkeit

Herbipoli: Engmann, [1728]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn838452086>

Druck Freier  Zugang




UNIVERSITÄT
ROSTOCK
BIBLIOTHEK
PUBLICO

PHYSICA

1711

F II 1003^{1-24.}

Universitäts-
Bibliothek
Rostock



19
DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA

DE

JURISDICTIONE
TERRITORIALI,

Von der hohen

Landes- & Berechtigteit/

QUAM

EX DECRETO INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ
IN CELEBERRIMA FRANCIÆ ORIENTALIS
UNIVERSITATE HERBIPOLENSI
SUB PRÆSIDIO

Prænobilis, Clarissimi & Consultissimi Viri ac Domini

D. LEONARDI CARLIER, U. J. D.

Instit. Imper. Professoris Publici ac Ordinarii, nec non
Reverendissimi & Celsissimi Principis Episcopi Herbipo-
lensis Consilarii.

TRIBUS RIGOROSIS EXAMINIBUS RITE APPROBATUS
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET
DOCTORALIBUS INSIGNIBUS CONSEQUENDIS

Publicæ Disquisitioni subjecit

JOANNES HELWICUS HEIM,

Bambergensis, Advocatus Ordinarius in Patria,
Author & Respondens.

IN CONSUETO AUDITORIO JURIDICO

Anno M DCC XXXIII. die 7. Augusti horis ante- & post meridiem solis.

Herbipoli, Typis MARCI ANTONII ENGMANN, Universit. Typogr.

DISSERTATIO IN ACADEMIA
JURIDICA
DE
JURISDICTIONE
TERRITORIALI

Ab eo die postea

Andreas Bredow

EX DECRETO INGLYAE FACULTATIS JURIDICAE
IN CELEBRISSIMA FRANCIA ORIENTALIS
UNIVERSITATE HERIPOLENSI
SUB PRESIDIO

Rev. Patris, Classici & Collegii Praesidis
D. LEONARDI CARRIER, U. J. D.
Intit. Imper. Professoris Publici ac Ordinarii, nec non
Reverendissimi & Excellentissimi Episcopi Heripole-

ensis Coadjutoris
TRIBUNUS REGIUS EXAMINATOR RITE APPROBATUS
PRO SUMMIS IN UTROQUE IURE HONORIBUS ET
DOCTORALIBUS INSIGNIBUS CONSTITUENS

JOHANNES HELWIGIUS HELM,
Bandagens, Auctoris Ordinaris in Jure
Auctoris R. ordinis

IN CONSULTO AUDITORIO JURIDICO
ANNO MDCCLXXIII die 14 Julii hora octava post meridie
habitu, Typis aedibus Antonii Beckmann, sumptibus Typogr.

REVERENDISSIMO
ILLUSTRISSIMO
AC
EXCELLENTISSIMO DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO
CAROLO,

S. R. I. COMITI à SCHÖNBORN,
BUCHEIM, WOLFFSTHAL,
DOMINO IN REICHELSBERG, EPISCOPO
ARCADIOPOLITANO, ECCLESIAE IMPERIALIS BAMBER.
GENSIS COADJUTORI, CATHEDRALIS HERBIPOLENSIS,
ET EQUESTRIS AD SANCTUM ALBANUM MOGUNTIAE
PRÆPOSITO, NEC NON SACRAE CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ
MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO, S. R. I. PRO-CAN-
CELLARIO, UNIVERSITATIS HERBIPO-
LENSIS CANCELLARIO
PERPETUO.

DOMINO MEO
GRATIOSISSIMO.

RENERENDISSIMO
ILLUSTRISSIMO

EXCELLENTISSIMO DOMINO

DOMINO

FRIEDERICO

CAROLO

S. R. I. COMITI & SCHÖNBORN

BUCHHEIM, WILHELMUS

DOMINO ET REICHESBERGER, IN COMITATU

ARCADIAE, ECCLESIAE IMPERIALIS CAMBRIGIAE

ENSIS COADJUTOR, CATHEDRAE THEOLOGICAE

ET BOHEMIAE AD SACRUM AUSTRIACUM ACADEMIAE

PROPOSITO, NEC NON SACRAE CAESARIS ACADEMIAE

MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO, S. R. I. A. P. R. O. C. A. N. C. I. A. R. I. O

CELLARIO, UNIVERSITATIS BEROLINENSIS

RECTOR

DOMINO MEO

GRATIOSISSIME



REVERENDISSIME,
ILLUSTRISSIME

AC

EXCELLENTISSIME DOMINE,
DOMINE GRATIOSISSIME.



UM novis denuò dignitatum
Episcopaliū splendoribus in-
ter Copiosissimos applausus
Franconiam ingrederis, RE-
VERENDISSIME,
ILLUSTRISSIME AC EXCELLEN-
TISSIME DOMINE, liceat mihi servorum

) (2

in-

infimo cum exiguo hoc Thesium mearum libello
propius accedere gloriosam hanc lucem, devotás-
que TIBI pagellas exhibere; ut vel unicus gra-
tiosissimi favoris radius eum affundat splendo-
rem, sine quo lucem subire publicam verecundan-
tur. Non dedignaberis Gratosissimam aciem in
tenue munus deflectere: prefixam enim fronte ex-
hibet gloriosam imaginem TVAM, absolutissi-
mum Illustrissimarum Virtutum ectypon. Hanc,
cum à nemine, inevitabili amoris illicio, non
suspiciatur, à TE omninò respiciendam confido,
qui, undè omnium ad se oculos, animósque ra-
peret, innatâ cum Illustrissimo sanguine TIBI
suavitate & Clementia, eidem tribuisti. Re-
spice igitur gratiosissimo nictu tenue hoc devoti
animi tributum, quod REVERENDISSIMÆ
ET ILLUSTRISSIMÆ EXCELLEN-
TIÆ TVÆ in tanta festivitate congratulan-
tis TIBI Franconia pendo humillimè. Ita vel
ipsum Thesium mearum postulat argumentum.
Cum

Cum enim Territorii jura propugnare instituerim,
eadem iubent pariter REVERENDISSI-
MAM ET ILLUSTRISSIMAM
EXCELLENTIAM TUAM, & Pa-
tria olim mea, & meum simul Dominum profun-
dissima submissione devenerari. Non denegabis
gratiosissimos favores devotissimo subditorum,
quos verè infinitos cum TUIS tota jam penè
Europa largissime persensit. Abundè beabis
subditum, si servum agnoveris, quòdque sub
felicissimis auspiciis TUIS in hisce Thesis
propugnandum suscepi meum Juris studium,
TUIS, Illustrissimaque Familia TUÆ ser-
vitiis liceat consecrare.

Vive interim REVERENDISSIME,
ILLUSTRISSIME AC EXCEL-
LENTISSIME DOMINE & am-
plissimos dignitatum TUARUM radios, quos
jam ultra Vastissimos Romani Imperii terminos,

*in remotissimas etiam terras sacrâ conspicuus
Mitrâ dilatâsti, eò diffundere perge, dum glo-
riosus splendoribus TUIS orbis reluceat uni-
versus.*

Ita vovet ac submississime precatur

REVERENDISSIMÆ,
ILLUSTRISSIMÆ, EX-
CELLENTISSIMÆ AC
GRATIOSISSIMÆ DO-
MINATIONIS TUÆ

Servorum infimæ

Joannes Helwicus Heim.

SUM.



SUMMARIUM.

CAPUT I.

POSIT. I. De origine jurisdictionis. II. Qualis fuerit olim Jurisdictionis Magistratum Romanorum in Urbe? III. Quae Dictatoris & Praefecti Urbis? IV. Ut & Quaestorum & Praetorum Civilium? V. Nec non Praetorum publicorum judiciorum? VI. Qualis in Provinciis? VII. In Municipiis? VIII. Et qualis hodie in Republica Romana?

CAPUT II.

POSIT. I. De Etymologia Jurisdictionis territorialis. II. Synonymia. III. Ejusque Definitione. IV. De Divisione ejusque primâ. V. Secundâ. VI. Et tertiâ.

CAPUT III.

POSIT. I. De Causa efficiente jurisdictionis territorialis. II. De acquisitione jurisdictionis territorialis per investituram. III. Per temporis immemorialis praescriptionem. IV. Per cooptationem in numerum Statuum & erectionem mediati in immediatum. V. Per Electionem, postulationem & successionem. VI. Per Spontaneam subjectionem. VII. Per traditionem territorii ex justa causa & per subinfederationem.

CAPUT

CAPUT

CAPUT IV.

POSIT. I. De Subjectis capacibus jurisdictionis territorialis in genere. II. In specie de Principibus, iisque Ecclesiasticis. III. De Sacularibus. IV. De Civitatibus liberis. V. Ac mixtis & de Nobilibus immediatis Imperii. VI. Rationes decidendi pro his afferuntur. VII. De arctiori & latiori territorio. VIII. De ratione Situs. IX. De Nullitate status. X. Utrum feudo cum omnimoda jurisdictione concessio videatur Jurisdictio territorialis concessa? XI. Differentia Vasallum inter & subditum. XII. Num status vel immediatus offerens alteri feudum fiat subditus? XIII. De Vasallo & subdito simul. XIV. De cæteris subjectis Jurisdictionis territorialis capacibus.

CAPUT V.

POSIT. I. De Generalibus effectibus Jurisdictionis territorialis, & in specie de homagio. II. De Jure ferendi Leges & statuta, numque statuta extra territorium obligent? III. De aliis effectibus justitiariis. IV. De effectibus jurisdictionis territorialis gratiosis. V. De effectibus utilibus. VI. De Pedagogy. VII. De effectibus militaribus. VIII. Quomodo amittatur & quibus remediis defendatur jurisdictio territorialis?

CAPUT VI.

POSIT. I. Quid sit centena & quotuplex? II. De centena limitata ejusque annexis. III. De Vogtheia. IV. & V. De effectibus Vogtheia specialioribus. VI. Utrum Dominus centena vel Dominus Vogtheia habeat jurisdictionem territorialem? VII. De jurisdictione Nobilium Mediatorum. VIII. Utrum Dominus commendans vel dans literas consensuales pro subditis obligetur? IX. De jurisdictione Magistratuum inferiorum circa territorium. X. De jurisdictione absque territorio competente, & num collegia opificum cognoscere possint circa delicta publica à collegiatis perpetrata.

CAPUT



CAPUT I.

De Origine Jurisdictionis & ejus Deductione ad nostra usque tempora in genere.

POSITIO I.



Riginem Jurisdictionis antiquissimam esse, & cum ipsa societate humana cœpisse, imò civili etiam societate antiquiorem dici posse testatur Müller. ad Struv. Exerc. IV. Lib. 2. Tit. 1. de Jurisd. ch. 49. & afferens Jurisdictionem inde meritò Juris gentium esse, quo & ordo parendi & imperandi inductus, Magistratus constituti, Jura bellorum, aliaque Civilem & mutuam generis humani societatem continentia sunt enata; Verùm si moribus nostris Jurisdictionem accipiamus, à veteri illa Romana ac Justinianæa planè distantem inveniemus. Equidem primis Romanorum temporibus constitutus est Magistratus, qui nomine Principis Jura omnia tantùm administrabat, L. 1. L. 3. ff. de presert. Urb. Hildebrand. de Jurisd. univ. posu. 2. princ. 4. cap. 1.

II.

Atque sic Romani Magistratus tūm erant vel Urbani, vel provinciales, illi iterum aut majores cum imperio & potestate, aut minores absque Imperio & potestate *L. 32. ff. de injur. L. 2. de in jus voc. L. 26. ad Municip. L. 4. ff. de Jurisdic.* inter illos autem Senatoribus primus tribuebatur locus *L. un. C. de senat. Menoch, de arbit. 2. cent. 6. cas. 518.* quorum ab initio tanta fuit auctoritas, ut principes, si quid statuere vellent, id justum, æquumque esse Senatui suis orationibus persuaderent *Wesemb. in parat. ff. de Senat.* quod deinde Senatorum consultum subsequabatur *L. 16. ff. de ritu nupt.* Paulatim verò sub Imperatoribus præprimis sub Nerone Senatorum potestas diminui & Curia Judicum esse cœpit, cui ordinaria Jurisdictio non tamen cum omnimodò Jure Imperii attributa fuit. *Bodin, de rep. L. 3. cap. 10. L. 14. ff. de interd. & relegat.* Porrò inter Senatores primi erant Consules, quorum officium tam amplum, ut Regiæ potestati verè conjunctum probet *Polyb. Cassiod. ex Cicer.* quod postea Lege Valerii Publicolæ adeo est restrictum, ut ab his ad populum provocaretur ac in caput Civis Romani in jussu populi animadvertere non possent, unde iis 12. fasces virgarum & non secures præferbantur *Briffon. 3. Select. antiq. c. 14.* sub Augustis tandem Jurisdicendi facultatem solùm habuerunt. *Novel. 105. de Consul. in fin. L. ult. C. de De-*
chy.

III.

Postquam demum Populus Romanus augetur, & bella crebrescerent, Dictatores creabantur, quibus tanta fuit auctoritas, ut capitis animadversionem & Jus de non appellando ab eorum sententiis habuerint, qui sibi junxerunt equites tuendi corporis, hisque Magistros præposuerunt *L. 2. §. 18. ff. de O. J. D. l. 2. §. 15. & 19. de Orig. J.* Quibus in Monarchiam inclinante republica præfectiprætorio substituti ab Augusto erant proximi *L. 1. ff. de offic. præfect. prætor. L. 6. C. de offic. præf. prætor.* His assimilabatur Præfectus Urbis, qui non modò custodiam urbis universæ, sed & omnium delictorum intra centesimum lapidem commissorum cognitionem cum Jure relegandi, deportandi
fusti-

fustigandi, similesque pœnas infligendi exercuit Wefenb. in parat. ff. de offic. præf. Urb. L. 1. §. 4. 10. & 13. ff. eod.

IV.

Dein dignitate ac potestate propiores pollebant quæstores atque Prætores, es illis quidam orationes & libellos in Senatu recitabant L. 1. ff. de offic. quæst. ac petitionibus precibusque subscribebant ad æquiparantiam Cancellariorum hodiernorum Cujac. in parat. C. de offic. quæst. Gail. de pace publ. lib. 1. c. 5. num. 29. quidam inquirendis inertibus, otiosis, peregrinis, errantibus & vagis occupabantur Justin. Novel. 80. C. 4. usque ad fin. alii denuò rebus capitalibus præpositi quæstores Parricidii dicebantur L. 2. §. 21. & 23. de Orig. Jur. Ex his quidam de privatorum causis in urbe potissimum L. 1. §. 27. ff. de orig. Jur. alii inter peregrinos, alii de fideicommissis, nec non alii de tutelis Jus dicebant L. 2. §. 28. & 32. ff. de O. J. ad quos sublevandos litibus auctis ædiles Curules esse cœperunt, unde Edictum ædilitium Juris honorarii vel prætorii portio dicitur §. 7. Inst. d. J. N. G. & C. universum verò Prætorum officium versabatur circa danda judicia, actiones, & exceptiones, corras. 3. miscel. 18. n. 8. 10. & seq. L. 2. C. de sent. & interl. circa jus dicendum, idque vel supplendo vel emendando, L. 11. ff. de præscript. verb. princ. Inst. de honor. possess. L. 3. S. 1. ff. naut. caup. stabul. ut recept. & circa additiones, quando creditoribus debitores inopes addicebantur, vel bona in Jure cedentium vindicabantur. Forst. 2. hist. Jur. Civil. c. 85. n. 3.

V.

Prætor ad hæc alius & quidem publicis judiciis ad exemplum prætoris civilis præficiabatur, qui criminali causa incidente iudicium constituebat ex decuriis, nominibus eorum in urnam depositis, unde numerum pro ratione iudicii intentati fortiebatur, qui iudices etiam selecti appellabantur Bodin. de re publica Lib. 3. c. 5. n. 301. quam tabelam lit. A. vel C. signatam in Scrutinium projicientes reum aut absolvere, aut condemnare solebant, Bodin. d. l. Briffon, 2. Select. antiq. c. 1. &

lib. 5. de form. fol. 482. ab his autem planè diversus erat prætor plebis Justin. Novel. 13. c. 4. qui cum præfecto vigilum rebus nocturnis prospiciebat L. 1. 3. §. 3. ff. de præf. Vigil. de incendiariis, furibus, raptoribus cognoscebat d. L. 3 §. 11. & L. ult. eod. ac in servos fugitivos fures gladii animadversionem habebat L. ult. ff. de cond. caus. dat. L. 56. ff. §. qui furem, de furt.

VI.

Quantum autem ad provinciales Romanorum Magistratus attingebat, primus inter hos Pro-Consul excelluit cum summo post principem imperio in Provincias missus L. 7. 8. cum seq. ff. de offic. procons. ita ut voluntariam quidem extra urbem ubique L. 1. 2. & ultim. eod. L. 36. §. 1. ff. de adopt. contentiosam verò Jurisdictionem provinciæ sibi designatæ fines ingrediens exercere potuerit L. 4. §. 5. & ult. ff. de off. procons. eique legatus à Senatu adjunctus, cui vices administrandæ provinciæ mero imperio tamen excepto mandare poterat L. 1. §. 1. & seq. de off. ejus cui mandat. Jurisd. Arg. Novel 128. C. 20. Postremum verò facta est cum Senatu divisio ab Imperatoribus, qui reservatis sibi provinciis præponebant præfides legatos Cæsaris dictos L. 113. §. 1. ff. de R. J. L. 1. 10. 20. ff. de offic. præsid. supremâ post principem potestate præditos quo ad omnes nimirum causas, de quibus Romæ præfectus Urbi vel pratorio cæterique Magistratus cognoscebant annexâ gladii animadversione L. 4. ff. de off. præf. L. 6. L. ult. ff. eod. junctâ L. 6. ff. de adulteriis, quibus addebantur procuratores seu curatores rei Dominicæ, in provinciis de rebus fiscalibus tantum pecuniariis jus dicentes L. 1. C. de pedan. judic. L. super creandis C. de J. fisc. t. tit. ff. de procur. Cæs.

VII.

Talis hucusque Status fuit Magistratum Romanorum in Urbe & Provinciis, in Municipiis autem Juridicundo præpositi erant Municipales, quorum Jurisdictio intra territorium Municipii cujusque continebatur L. 53. C. de Decurio. L. omnes judices C. de Decur. quos inter Duumviri præcellerunt L. 1. C. de Mag.

Mag. municip. jurisdictionem ad certam solum quantitatem habentes
Cujac. in L. 4. ff. de jurisd. §. 5. Inst. de Actil. tutore. his tamen mixtum
 imperium adscripsit *Cujacus in Papin. ad L. 1. ff. de officio ejus cui mandat.*
jurisd. Post duumviros defensores civitatum fuerant, qui in mu-
 nicipiis more Tribunorum plebis contra iniquas Curialium rogatio-
 nes & injurias plebem defendebant, ac in causis quibusdam pecunia-
 riis delictisque levioribus cognoscebant *L. 3. L. 4. & 9. c. de defensor.*
civit. Novel. 15. c. 6. §. 1.

VIII.

His ergo Magistratibus olim apud Romanos Civitas, provin-
 cia & municipia regebantur, quorum nomina cum officiis in desue-
 tudinem abierant. Ex quo enim translatum est imperium in Thra-
 ciam deinde sub Carolo Magno in Germaniam, ordinati sunt primum
 per provincias Comites, veluti rectores *Limn. l. 4. cap. 3.* iisque di-
 tionum Cura ad tempus committebatur *Aimonius Monach. de gest.*
Franc. L. 4. c. 1. quem morem secuti sunt Imperatores alii, imprimis
 Henricus Auceps, Otto Magnus, & Otto III. qui mutato jamjam
 imperii statu Ducatus initio paucos, Marchionatus, comitatus &
 Baronias per Germaniam plures constituerunt, definitisque territoriis
 distinxerunt, & perpetuam jurisdictionem ac dignitate sub fide Vasalla-
 tica jure hereditario condecorarunt, *Jcti. in C. un. quis dicatur Dux,*
Knich. in tract. de subl. & Reg. Jure terr. cap. 1. Unde amplissima illa
 jura territorialia promanarunt, siquidem deficiente admodum Imperii Sta-
 tu Monarchico merè tali, Reipublicæ nostræ forma jam talis extat,
 ut jurisdictio quoad Principes & Status Imperii, ut & alia membra
 Imperii immediata in territoriis seu ditionibus suis planè sit patri-
 monialis, hæcque proprio Jure & non amplius titulo Administratio-
 nis competat, & sic jurisdictio plerumque supremam in terris seu
 provinciis potestatem significat *Pauermaist. De jurisdict. Imp. Rom.*
L. 1. cap. 1. n. 4. Lauterb. de Condom. territ. c. 1. §. 9. D.
Hildebr. De Jurisd. cap. 1. posit. 2. c. 6. quibus ita
 præmissis pro ulteriori deductione sit.

CAPUT II.

*De Etymologia Definitione &
Divisione Jurisdictionis
territorialis in specie.*

POSITIO I.

Territorii vox est varia *Knich. de subl. & Reg. J. terr. C. 1. num. 176.* alii enim à terra id est agro seu districtu *L. 27. ff. de V. S. Schönborner Lib. 1. polit. cap. 12.* nomen traxisse putârunt *Cujac. ad L. 53. C. de decuri.* cum etiam in jure nostro hinc inde pro fundo ponatur. *L. 3. C. de natural. lib. L. 28. §. quodsi C. de Episc. & Cler.* Aliis territorium audit quasi tauritorium hoc est bobus vel aratro tritum *Schönborn Lib. 1. Polit. cap. dict.* qua in significatione sumi potest pro universale agrorum *Knich. dict. tract. cap. 1. num. 177. & seq.* Alii denique à terrendo nomen deduxerunt *Dec. Resp. 123. num. 17. vol. 3.* vel enim à terrendis hostibus, vel civibus ac subditis, quod Dominus territorii intra fines civitatis aut provinciæ suæ jus terrendi habeat. *Flac. lib. De condit. agron.* quam postremam utpote genuinam derivationem approbat *Pomponius in L. 239. §. 8. ff. de V. S. Monach. tract. de jurisd. c. 2. num. 3.* Territorium siquidem ideo à terrendo dictum, quod non alijs jurisdictionem & terrendi potestatem habere possit, quam Princeps supremus, aut cui Princeps jurisdictionem cum territorio concessit, adeoque pro materia substrata territorium hic pro ipsa Jurisdictione Districtui suo inseparabiliter & passivè inhaerens accipiatur. *Bart. in L. 1. n. 15. ff. de jurisd. Decian. Resp. 123. num. 24. vol. 2.*

II.

Quoad Synonymiam autem territorium venit aliquando nomine ditionis vel provinciæ *Knich. de jur. terri. C. 1. num.*

193 non unquam districtus quamvis latè à distringendo dicitur *C. licet causam. extra de probat. Bald. tit. quæ sint regal. n. 7.* usu tamen crebriori obtinuit denominatio territorii proomnigena jurisdictione seu jure superioritatis scilicet territorialis à suo subjecto territorio, quæ tamen potestas non est summa illa eminentia quæ Imperatori competit, sed huic analogæ, quæ superior dicitur. *Volcm. de jur. princ. c. 1. num. 5.* sublimes jurisdictionis territorialis lege tituloque dotata *Knich. de jurr. terr.* ab inferiori in eo distincta, quod hujus respectu Magistratus inferior nec omnigenam jurisdictionem nec territorium, sed aliquem districtum habeat, in quo jurisdictionem talem qualem exercere possit *Volcm. d. trac. c. 1. n. 5.* unde & hæc nostra dicitur jus territoriale, supremus dominatus in terris *Mat. Steph. trac. de jurisd. L. 2. p. 1. c. 7.* Jurisdictio superior, Dominium provinciæ, superioritas territorialis germanicè, die *Hochfürstliche, Hochgräfliche, Hochherliche Lands, Obrigkeit, Landsherrliche Macht, Landes-Hoheit, Gerechtigkeith, und Gewalt.* *Capit. Carol. art. 1. R. J. de ann. 1555. §. 40. Knich. de jure terr. cap. 1. n. 238. Muller. ad Struv. Exerc. IV. L. 2. Tit. 1. fol. 211. & 12. Hülsebrandt. de Jurisd. uni. C. 1. post. IV.*

III.

Definitio Jurisdictionis territorialis realiter talis non adeo quidem in promptu habetur, præcipuè propter naturam definiti, quod genus habeat analogicum, *vid. Luuol. Hugo de stat. reg. Germ. C. 3. n. 1.* Optimum tamen erit, si dicamus eam esse supremam potestatem, quam post Imperatorem quilibet status aut membra Imperii immediata in personas & res sui territorii proprio jure competentem habent, *Lynck. de super. terr. p. m. 14. Schvved. intro. ad jus pub. sec. 2. cap. 10. Herzg. de super. terr. §. 3.* licet enim sint aliqui, ex quorum opinione dominis territorialibus veram, Majestaticamque potestatem in suis ditionibus regendis adscribere deberemus, *vid. Relfend. tract. de sum. princ. germ. potest.* ast hoc non curato concedere non possumus, dominos territoriales, in regendis ditionibus suis summam illam habere potestatem, propter vinculum, quo Cæsari & Imperio ex recognitione feudali terrarum suarum ab imperio descendentium & casu redeuntium, nec non ex imperiali investi-

investitura ad fidem & obsequia sunt obstricti, *Rhet. Diss. de statu subdit. Imp. cap. 2. §. 10. 11. Stryck. Exam. Jur. feud. Append. n. 14. 15. 16.* Consentiente L. B. von Seckendorff im Teutschen Fürstens Staat, pag. 2. cap. 2. num. 1. Quibus itaque dissentientibus non opitulatur, quod status imperii quidam in mandatis suis utantur inscriptione: *nos Dei gratia*, vel decantatum illud axioma prædominetur; tantum quisque status potest in suo territorio, quantum Imperator in imperio: hoc enim suas patitur declarationes, quas fusiùs vid. apud Reink. lib. 1. Conc. 5. cap. 6. Knipschild. c. 1. num. 43. nam regula nostra tantum procedit quoad jura territorialia, non autem imperialia, quæ Imperatori tanquam capiti sunt reservata, quæ licet sint quodammodo similia, non autem sunt eadem, ideoque dictum axioma procedit similitudine juris non verò idenditate potestatis; Imperator siquidem status Imperii jurisdictionis territorialis fecit participes non per quandam potestatis suæ abdicationem aut aequipollentiam, sed per concessionem, sicque per modum beneficii reservatâ sibi supremâ recognitione, nam concessio respectu Imperatoris sic est sumenda, vt penes concedentem major semper remaneat potestas quam quæ est concessa, *Meichsner tom. 2. lib. 1. decis. 6. num. 88.* vis enim cujusque agentis recipitur accommodatæ ad naturam subjecti ejus quod recipit, præcipuè cum quodlibet jers consideretur pro habilitate subjecti *Bald. cons. 327. num. 7. lib. 1. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 122. Ming. de super. terr. cap. 4. §. 54.*

IV.

Dividitur à quibusdam Jurisdictio territorialis in restrictam & per concursum statuum Provincialium modificatam, & in liberam seu non restrictam *Stryck. de statib. provinc. cap. 1. n. 21.* nonnulli enim domini territoriales in territoriis suis de omnibus soli pro suo arbitrio statuunt, alii verò de gravioribus negotiis ad totius regionis salutem spectantibus nonnisi convocatis Ordinum Provincialium Comitibus hoc facere possunt, vid. *Schyved. par. spec. sect. 2. cap. 10. fol. 320.* Alia deinde est Monarchica & penes unum, alia Aristocratica, alia Democratica

cratica, ut in civitatibus liberis Imperialibus, in quibus partim penes patricos & Optimates, partim penes populum est jurisdictio territorialis seu superioritas, *idem Schvved. p. sp. loc. cit.* alia demum sic limitata per concurrentiam vicinorum unum vel alterum regale exercentium in territorio, alia verò illimitata, ubi dominus territorii omnigenam jurisditionem, omniaque regalia veluti partes jurisditionis territoriales seu Superioritatis regulariter annexas solus & uncius habet, *Reink. cit. trac. lib. 1. class. 5. n. 11. Leopold. de concurrentia jurisd. per tot.*

V.

Sunt insuper quidam, qui Jurisdictionem territorialem faciunt duplicem, Ecclesiasticam scilicet & sæcularem, argumento, c. 1. qui success. teneatur, c. un. in pr. de his qui feud. dar. c. 2. 3. § tot. tit. ext. de Judic. c. 2. 3. § tot. tit. extr. de for. compet. Quos ut & alios Doctores magno numero allegat *Gedd. resp. 42. n. 109.* illam vocant vel ratione feudi vel ratione jurisditionis Ecclesiasticam, qualem habent Clerici tam in personas Ecclesiasticas, quàm in Laicas summas æquè ac infimas, *Hosiens. in summ. sua. Procem. n. 9. § seqq.* verùm, quia jus superioritatis territorialis non obtinent Ecclesiastici, quatenus tales, sed quatenus vel principes vel status, vel sæculares, *Clem. Romani S. sanè de Elect. Duar. l. 1. de sacr. Eccl. Minist. c. 4. Matth. Steph. tract. de jurisd. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 25, 27. 31. §c.* nec quodvis feudum constituat jurisdictionem territorialem, nec quavis jurisdictio sit territorialis, hæcque distributio expressè sit contra definitionem traditam & qualitates actuùm potius distinguere videatur, *Knich. de jure terr. c. 3. num. 232.* adeoque de hac divisione meritò præscindamus.

VI.

Sit igitur hoc loco potissima divisio jurisditionis territorialis in omnimodam seu universalem, & in aliam quodammodo specialem seu particularem, *Mat. Steph. de Jurisd. Lib. 2. pag. 1. n. 191.* illa est quæ diffunditur regulariter per universum

B

terri-

territorium propriè tale, quod alicui competit tanquam corpus, omniaque ejus membra intra fines istius territorii continet, quod evenit in territoriis clausis, ratione quorum dominus, loci fundatam habet intentionem in omni jurisdictionis & superioritatis jure; si quando in territorio jura omnia & regalia in unum concurrunt. *Lynck. de sup. terr. p. m. 14.* vigore cujus vulgatum illud est: quidquid intra limites continetur, pertinet ad territorium ejus, cujus sunt isti limites, neque locus ullus creditur exemptus, *Nov. 89. cap. 2. §. si quis L. 9. ff. de judic. c. 17. extra. de privil.* Hujusmodi verò territoriis clausis annumeratur Austria, Bavaria, Hassia &c. *Beck, jus publ. c. 11. §. 5. Vitriar. inst. jur. publ. lib. 3. t. 19. §. 4.* Exerceri verò potest partim solido partim communi jure, quando scilicet territorium simul ad plures spectat, ut evenire solet in Præsidatu communi, *Knich, d. tr. c. 2. §. 4. n. 2.* Hæc autem est, quæ intra certas tantum partes concluditur, & particularia quædam exempla continet in alieno territorio, vel per expressam conventionem, vel ex consuetudine, vel ex alio capite singulari concessa aut quæsitæ, *Mat. Steph. c. 7. n. 191. Bald. ad L. 3. §. fin. n. 1. ff. de testib.* hæcque competit vel jure subjectionis aut secus: hoc casu quando Princeps vel Dominus territorii superior delicta grandiora, saluum conductum, aut venationem sibi approperat, illo si cum Domino territorii plurium dominorum sit castrum, pagus &c. *Zwey, oder Drey Herrsch / Gail, de pig. c. 20. in princ. n. 6.* Equidem novum non est, ut una Provincia plurium dominatui subjaceat, ut hodierna experientia docet in territoriis non clausis, nimirum in Franconia, Suevia & ad Rhenum, *Gylman. tit. 1. p. 1. tit. 3. vers. 2. n. 15. Maul. de Homag. tit. 1. n. 17. Rosenthal. de feud. c. 6. Con. 85. num. 10.* ubi unus habet, *die Landes hohe Obrigkeit / secundus, die hohe Fraisch und Centh / tertius, die Vogthey / und Erb: Gericht / Leopold. de concurrent. jurisd. q. 12. Meichs. tom. 2. lib. 2. Decis. 4. n. 20. Sixtin. de Regalib. c. 4. n. 82.* Atque hoc posteriori modo sumpta jurisdictionis territorialis impropiè quodammodo accipitur, *Ming. de super. territor. c. 1. n. 18.*

CAPUT

CAPUT III.

De Causâ efficiente & modis ac-
quirendi Jurisdictionem terri-
torialem.

POSITIO I.

CAusa efficiens jurisdictionis territorialis est Imperator quate-
nus juxta leges Imperii publicas alicui jus territorii concedit,
vid. capit. Leopold. art. 44. Imperator enim quoad juris-
dictionem instar maris esse dicitur, è quo omnia manant ac reflui-
unt, jurisdictiones, regalia, jura, per concessiones, confirmatio-
nes & investituras, *Bald. in L. fin. §. fin. C. de appellat. Menoch. lib. 2. præsumpt. 4. n. 14.* sine cujus auctoritate vel concessione jura territorialia aut superioritas acquiri non potest, *Petr. de commiss. q. 13. n. 555, Knich. de jur. terr. c. 1. n. 326. Mat. Steph. de jurisd. lib. 2. c. 7. n. 113.* cum Imperator noster de jure totius orbis Romani sit Dominus, non quidem ratione rerum singularium, sed respectu dominatûs universalis, non proprietate, sed imperio & jurisdictione, *Gail. lib. 2. observ. 56. Vasq. illust. controver. c. 5. Viet. de caus. exempt. imp. concl. 1.* inde fit, ut quæcunque jurisdic-
tio in Imperio existit, ea vel Imperatoris ipsius vel ab eo emanâ-
se præsumatur, *Fab. in C. rerum in Saubaud. jud. lib. 3. tit. 12. definit. 18. n. 1.* num verò Imperator indistinctè jura hæc terri-
torialia in bonis imperii concedere possit, quaritur? Ad quod cum distinctione respondeo: vel enim jurisdic-
tio hujusmodi cum territorio jam ab aliquo legitimè possidetur, aut vacat & imperio aperta est; illo casu cum præjudicio possidentium & si-
ne legitimâ causâ talia jura concedi non posse innuit, *R. J. de*

Anno 1548. S. Wiewohl auch. § Capit. Carol. apud Sleid. lib. 1. §. 2. præcipuè cum Princeps aliàs jus quæsitum alteri invito adimere nequeat, L. 2. §. 16. ff. nequid in loco publ. L. 2. C. de prec. imperat. L. ff. id quod nos. de R. J. altero tamen casu, quin jurisdictio territorialis concedi possit, nullum est dubium, quo facit A. B. Caroli IV. tit. 7. sub fin. adhibito tamen quorum opus est consensu Capit. Leopold. art. 44. qua de re plura apud Bocer. tract. de Regalibus cap. 4. num. 20. Thom. Michaël de jurisdict. conclus. 14. § seqq. Schvved. p. 1. Sect. 2. c. 10. n. 8.

II.

Modus constituendi atque acquirendi jurisdictionem territorialem primarius est investitura ab Imperatore & quidem nomine Imperii jure feudi facta, Schütz. v. 1. D. 6. Th. 8. lit. a, quæ tamen de feudis imperio apertis, ut paulò antè monuimus, haud facillè amplius nec sine consensu statuum facienda, Schvved. p. 1. Sect. 1. cap. 23. n. 10. utrum autem investitura talis jurisdictionem territorialem vel cumulativè vel privativè transferat, à nonnullis dubitatur, cujus intuitu multa collegit Reink. lib. 1. cl. 5. c. 7. per totum. quæ subjectis capacibus jurisdictionem privativè concessam comprobare videntur, in contrarium tamen Mynsing. 6. O. 9. § Bocerus de invest. feud. c. 3. n. 100. non privativè sed cumulativè eam concedi latè probant; Neothierici verò nec privativè nec cumulative jurisdictionem territorialem dominis suis competere statuunt, inter quos Müller ad Struv. Exercit. 4. lib. 2. tit. I. th. 80. lit. E. subordinatè jurisdictionem in thesi solere concedi probat idem Syntag. Jur. feudal. c. 6. Aphor. circa fin. vid. ulterius Simon. de super. territ. c. 5. n. 2. Inde tamen non inferendum, jurisdictionem dominorum territorialium quiescere, si quando Imperator præsens est in territorio, huic enim refragatur ordo Cameralis p. 2. pr. § tit. 5. Capit. Leopold. § Joseph. a. 2. Carol. VI. a. 1. R. I. de Anno 1654. §. 105. Quamvis Imperatori ad fines civitatum Imperialium appropinquanti claves offerri soleant, id enim potius est voluntatis, siquidem Cæsar dominis territoriali-

rialibus nunquam præjudicare solet, vide Schwed. p. *Sp. sect. 1. c.*
7. num. 2.

III.

Secundò acquiritur Jurisdictio & superioritas territorialis præ-
scriptione immemoriali, *R. I. de Anno 1548. §. 56. §. 59.* talis nam-
que præscriptio vim privilegii & concessionis specialis habet, cujus
initium per hominis memoriam non extat, *L. 23. §. fin. C. de Ss.*
Eccl. L. 1. §. ult. L. 2. ff. de aqua pluvia arc. quæ enim sunt con-
cessibilia, sunt etiam præscriptibilia, *Cravet. de antiq. temp. p. 4.*
§. mater. n. 97. non tantum quidem inter Imperii cives, sed in-
ter ipsos quoque populos liberos locum habet de jure gentium, ut
tradit *Groti. t. 2. de J. B. §. P. 4. schütz. v. 1. D. 6. th. 8. lit.*
D. Hug. c. 6. n. 25. quamvis alias jurisdictionem unacum ter-
ritorio 10. vel 20. annis adinstar omnis illius quod in fundo radi-
catum aut plantatum est, præscribi posse, dicat *Steinhaus in Com-*
ment. ad ff. tit. de jurisd. n. 11. usum scilicet ab immobilibus ad res
incorporales ducto, *Michaëlis de jurisd. th. 63. Gadd. cons. 2. n.*
56. Insurgit enim ex immemoriali temporis decursu præsumptio,
quæ juris est & de jure, adeoque non admittens probationem in
contrariam, *Menoch. 1. cons. 90. n. 67. §. lib. 3. præsumpt. 131.*
n. 39. Verùm antè dicta de communicabili jurisdictione sunt intel-
ligenda, illa enim, quæ de naturâ sunt imperii, non possunt præ-
scribi *Lex ult. Cod. lib. 11. de fund. patrim.*

IV.

Uterius acquiritur jurisdictio hæc territorialis cooptatio-
ne & relatione in numerum statuûm, nam hodie nemo in
numerum statuûm recipitur, nisi bona habeat immobilia capit.
Leopold. a. 44. cui annumeratur erectio territorii mediati in im-
mediatum, *Gail. lib. 2. obs. 97. §. in tr. de arres. c. 9.*
n. 1. Titius spec. J. P. lib. 2. c. 9. §. 13. vid. desuper Hildebrand.
c. 3. de jurisd. univ. post. 4. non quidem à priori quod ideo
quis cooptatus in numerum statuûm, vel immediatus sit factus,
ut haberet jurisdictionem territorialem seu superioritatem, cum

statûs propriè dignitas consistat in sessione atque in voto & suffragio in Comitibus, *Gail. lib. 1. observ. 21.* jurisdictio territorialis autem sit habere & exercere regalia & alia jura territorio inhærentia, sed à posteriori & per consequentiam, ut quia talis cooptatus vel immediatus factus est, eidem quoque concessa videatur jurisdictio vel superioritas territorii sui, utpote sine qua territorium propriè sumptum statui vel immediato imperii competens consistere non possit, *Mat. Steph. tr. de jurisdict. lib. 2. p. 1. cap. 7. num. 13, § seqq. Boceri. in tract. de Collect. cap. 4. num. 40.*

V.

Acquiritur porrò jurisdictio territorialis per electionem & postulationem quoad status Ecclesiasticos, subsecutâ tamen investiturâ Imperatoris *c. 14. §. de Majorit. § obed. Schwed. p. ff. sect. 2. c. 10. n. 9.* quoad seculares verò status vel alios immediatos imperii jurisdictio territorialis acquiritur successione *A. B. tit. 7. § 1. feud. 2.* per quam tamen non tam jurisdictio territorialis acquiritur, quàm acquisita in successores transmittitur, *Schwed. p. ff. sect. 2. c. 10. n. 10.* Quæ defertur ad descendentes masculos, & ut plurimum ad primogenitum, *Thom. Mich. de jurisd. concl. 133. A. B. Caroli IV. tit. 7. §. wann aber.* Ex notoria tamen Germaniæ consuetudine in feudis non majoribus & juribus territorialibus, excepto Electoratu, jus primogenituræ illicque cohærentia locum non habent, nisi pactum speciale vel contraria consuetudo legitimè præscripta adversetur, sed pari jure successores omnes succedunt, de quo vid. *Thom. Mich. de jurisd. concl. 133. Coler. de jur. Imp. Germ. sect. 62.* & cum aliunde dentur aliqua Imperii allodia, hinc etiam successione tam universali quàm particulari acquiritur jurisdictio territorialis, *Hert. de super. terr. §. 40. § 44.*

VI.

Spontanea subjectione acquiritur similiter jus territoriale, quando nimirum aliquis sponte se imperio subjicit, dummodo subjiciens neminem alium recognoscebat, *argum. L. 1. ff. de judic.*

judic. Math. Steph. de Jurisd. c. 7. Ziegler. com. concl. §. Landsassii n. 227. nam in præjudicium alterius obedientia vel alia subjectio præstita nihil operatur, Abbas in c. ea re n. 2. de jurejur. c. pervenientes c. cum contingat. eod. Mascari. de probat. v. 3. concl. 1398. n. 22. cum ne Vasallus quidem ratione certae duntaxat litis in præjudicium domini sui Jurisdictionem prorogare possit, c. 1. §. ult. de prohibitione feudi alienandi per Frid. II. feud. 55. C. ex transmis. extra; deinde nec subditorum invasori præstita obedientia domino in possessione constituto præjudicare potest L. si colon. C. de agr. §. cens. Gail. lib. 1. observ. 70. n. 28. imò ne dominum quidem subditorum suorum possessionem amittere, si quando ab aliis sunt detenti vult Jason in L. 1. §. 4. per servum n. 4. §. 5. ff. de acquirend. possess. de quo plura sunt videnda apud Knieh. de Jur. terr. c. 3. n. 114. Math. Steph. de Jurisd. p. 1. c. 7. n. 38. §. seqq. Pocer. de regal. c. 4. n. 45.

VII.

Modis prioribus acquirendi Jurisdictionem territorialem accensetur traditio territorii ex justa causa alicui facta Lauterb. de condom. terr. cap. 4. §. 8. quæ tamen vix sine consensu Imperatoris valere ac consistere potest, si de venditione vel permutatione integri alicujus territorii aut insignis ejus portionis alienandæ questio sit, secus si de particularibus quibusdam bonis ac prædiis tradendis agatur, hæc enim status Imperii, vel immediatus alius etiam absque Cæsaris consensu alienare valet. Vid. Itter. de feud. Imp. c. 23. n. 1. 2. 3. 4. Lyncker. de his qui libertati stat. perperam accensentur sect. 3. §. 14. 15. 16. unde subinfeudationem sive dationem certæ particulæ alicujus territorii unà cum regalibus in feudum dicit esse modum acquirendæ Jurisdictionis territorialis Hildebrand, de Jurisd. univ. c. 3. posit. 10. lit. e. Bruckner. de territor. subinfeud. c. 2. n. 13. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 56.

CAPUT

CAPUT IV.

De subiecto sive iis, quibus hoc Jus territoriale competat.

POSITIO I.

Subjectum Jurisdictionis territorialis Activè sumendo constituunt status Imperii, omnesque immediati tam Ecclesiastici tanquam territoriorum Imperii immediatorum Domini, quàm sæculares alii. Gail, *de arrest. c. 6. per totum.* inter quos hæc est differentia, quod sæculares territorium cum Jure territoriali tanquam patrimoniale in posteros transmittant, secus autem illi *Instrum. pac. a. 5. §. 29. in princ. § a. 8. §. tam in universal. Sc. Lim. lib. 7. c. 1. n. 50.* quæ Jurisdictio territorialis ratione objectorum suorum tamen est una & eadem, sive illam habeat Dux vel Princeps sive Comes vel alius Imperii immediatus; pro subiecti verò diversitate Jurisdictio territorialis diversas quoque sortitur appellationes, ita ut in Principe dicatur, *die Fürstliche* / in Comite *die Gräflische*, in cæteris verò quo ad civitates *die Städtische* / quoad Nobiles immediatos, *die Adelige Landes hohe Obrigkeit.* Gail, *lib. 2. observ. 62. n. 3. Sw ed. p. sp. sect. 2. c. 10. n. 11.*

II.

Nunc ad ipsos Imperii status & Ordines immediatos Jurisdictionis territorialis capaces in specie transgredior, quibus activè & formaliter prædicta Jurisdictio inest, Schweder, *p. sp. sect. 2. c. 10. n. 13.* inter quos primo loco post Electores sunt Principes Imperii, qui territorium regalemque dignitatem sub immediata Imperatoris Jurisdictione possident, Ming, *de super. terr. c. 3. §. 32.* quamvis hoc nomen Principis propriè Imperatori competat *L. ff. 1. § tot. tit. de Constit. Princ. §. sed § moribus* tamen hodiernis omnes majorem in Imperio dignitatem habentes

bentes nomine Principis indigitantur passim a *Carolo IV. in A. B. in specie Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 24.* qui Principes vel Ecclesiastici sunt, vel sæculares; Ecclesiasticos iterum sub nomine Prælatorum contineri, dignitate verò distingui innuit *Paurmeist. de Jurisd. lib. 1. c. 24. n. 18.* *Gail. lib. 1. observ. 30.* qui ceu reliqui Principes sunt Imperii status, eodemque igitur Jure territorii & superioritatis sicut alii in suis territoriis gaudere debent, *Gail. lib. 1. observ. 30. n. 1. 4. 6. & observ. 37. n. 10.* maximè cum recognitionem provinciarum suarum ab Imperio more Principum sæcularium requirant, *Burg. p. 1. D. 20. membro 1. Schwed. p. 1. sect. 2. c. 10. n. 7.*

III.

Sæculares autem Principes sunt vel simpliciter tales vel duplicem habentes dignitatem, qui præter titulum Principis habent eundem & Ducis, *Ming. de super. terr. c. 3. n. 34.* cum enim hi à Principe supremo de regione, quæ Ducatus nomine venit, sint investiti, consequenter Jura territorialia iis quoque concessa erint *Pruckm. ad rubr. que sint regal. c. 4. n. 34. Montan. de feud. lib. 5. c. 7. Knich. de Jur. terr. c. 1. n. 44.* quidam ex prædictis Principibus præterea dicuntur Marchiones, *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 5. n. 119.* qui de territorio suo pariter sunt investiti ab Imperatore cum omni Jure territoriali ac superioritate, *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 92.* Quidam in Imperio Principes sunt Landgravii; alii verò Comites Palatini iisdem Juribus territorialibus investiti, *Schönborn. 5. Polit. c. 390. in fine. L. ur. C. de Palat. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 5. n. 119.* Ad quam classem Principum referuntur etiam Comites & Barones, *Schrad. de feud. p. 10. sect. 1. n. 28. Pruckm. Conf. 4. n. 4. v. 1.* Quorum tamen nomine non volumus intellexisse *Gaugravios, Centgravios &c.* quibus nulla sunt regalia, nullamque territorii Jurisdictionem habent, sed subditi sunt, verum eos Imperio nostro immediatè subiectos, de comitatu aliquo investitos vel alio titulo legitimè Jus quæsitum habentes: ut tradit *Bald. c. 1. de his qui feud. dare possunt.* Qui respectu sui Comitatus vel territorii Principibus æquiparantur.

C

Sixtin.

Sixtin. *de regal. c. 4. n. 55.* Schrad. *de feud. p. 10. sec. 1. n. 22.* Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 6. n. 10.*

IV.

Inter subiecta capacia formaliter & activè talia Jurisdictionis territorialis recensentur liberae civitates Imperii, quarum definitionem tradit Gail. *de Arrest. c. 9. n. 25.* & Paurm. *lib. 2. c. ult. n. 13.* siquidem civitates Imperiales sunt status, inde etiam in Comitibus Jus suffragii habere est evidentissimum Obr. *de Jurisd. c. 6. n. 75.* Arum. *in A. B. disc. 1. concl. 8.* Thom. Michael de *Jurisd. concl. 44. lit. g.* cui adstipulatur A. B. *Carali IV.* quæ testatur in præfatione Imperiales civitates jam anno 1356. habuisse in Imperio votum & sessionem. De hoc vide plura apud Mat. Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 4. n. 35. & seqq.* Bruring. *de variis universit. speciebus. concl. 18.* Ex quibus infertur Jurisdictio territorialis seu superioritas civitatibus Imperialibus competens, siquidem omnes omninò Status vel qui proprium & immediatum habent districtum ab Imperio, iidem jurisdictionem territorio annexam seu superioritatem territorialem habere necessariò videantur, Ming. *de super. terr. c. 3. n. 42. instrum. pac. a. 5. §. 29. in princ. & a. 8.* Knipsch. *de civit. imp. lib. 2. c. 4. n. 7. & seqq.* Quamvis hoc modo non omnes æquè de hac jurisdictione territoriali participant, inde tamen non inferre licet eos penitus non esse status, neque ullam habere jurisdictionem territorialem, quorum potestas aliquatenus est circumscripta, Schvved. *p. sp. sect. 2. c. 10. n. 11.* An autem Civitates Imperiales gaudeant jure territoriali realiter tantum vel personali simul in dubio versatur: cujus posterioris affirmativæ subscribit Lampad. *p. 3. c. 14. n. 25.* Burg. *p. 3. disc. 10. n. 11.* Prius autem defendit Ming. *de super. terr. c. 3. concl. 44.* Steph. *de jurisd. p. 2. c. 1. n. 64.* Schütz, *v. 1. D. 6. th. 10. l. D.*

V.

Tribuitur etiam jurisdictio ista territorialis civitatibus mixtis quæ sibi quoad regalia & privilegia quædam ab Imperatore con-

concessa jus civitatum imperialium vindicare conantur, quamvis constet eas quo ad cætera Principi alicui Imperii subjectas esse, Schvved. p. sp. sect. 2. C. X. n. 12. ut & nobilibus immediatis Imperii jurisdictio territorialis deneganda non est, licet status non sint. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 92. Gail. lib. 2. observ. 62. n. 3. Wehn. observ. pract. verbo Bitterschafft. Schvved. p. sp. sect. 2. c. 10. n. 12. A quibus tamen recedunt Strauch. Diss. jur. publ. 4. th. 22. Ludolph. Hugo tr. de stat. regio. germanic. c. 5. n. 5. & 6. Vitriar. instit. jur. publ. lib. 3. tit. 15. n. 12. qui jurisdictionem territorialem propriam affectionem Status Imperii esse, seque hæc duo ad instar relatorum habere, ut negatâ qualitate status vel eâ concessâ negetur etiam jus territoriale & vice versâ, contendunt. Sed si novissimè inspiciamus D. Maurit. in notis ad capit. Leopold. a. 3. jurisdictionem territorialem in specie nobilibus Imperii mediatis vindicantem, eò promptiùs assentiemus, quo satis constat nobiles immediatos in ditionibus suis non minus ac Principes reliquosque Imperii status jura superioritatis exercere, eamque sententiam ab experientia ipsâ comprobari, & per Capit. Leopold. d. a. 3. confirmari hac subjunctione, quod jus territoriale magis videatur affectio & essentialis consecutivum immedietatis, quam Status Imperii, Schvved. p. sp. sect. 2. c. 10. n. 12. Mat. Steph. tr. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 4. n. 27.

VI.

Quod autem jurisdictio territorialis nobilibus Imperii immediatis ultrò sit deneganda, rationem non video, siquidem ex eadem scaturigine & munificentia Imperatoris & summæ nimirum Majestatis tanquam unico fonte omnis jurisdictionis, dignitatis & regalium immediata hæc membra imperii jura sua habeant derivanda, Roll. à Valle Conf. 100. n. 3. Paurm. de jurisd. imper. c. 4. n. 22. & 23. Knich. de jur. terr. c. 1. n. 327. Enim verò ex clarissimis commentatoribus juris publici abundè patet, quod sicuti nobiles hi imperii à primâ origine imperii germanici in præmium operæ in bellis navatæ non solum ab Imperatoribus atque Regibus amplissimis bonis sint dotati, sed ut

eò majori fervore ad defendenda regna atque provincias contra
 hostium irruptiones incitarentur, ab omni potestate alienâ sunt
 exempti, ita ut nobiles Imperii in Franconia scilicet, Svvevia &
 ad Rhenum jam antiquitus inclyti fuerint atque conspicui, &
 demum sub regimine Imperatorum & Regum Franconicorum ju-
 ris Comitiorum capaces sunt habiti, eorumque bona maximè in
 terris antea memoratis nec Landsassiatu nec alienâ territoriali su-
 perioritate fuerunt affecta, sed jam à sæculis quibusdam Cæsari
 & Imperio immediatè paruerunt & adhuc parent. *Cocce. jurispr.*
publ. 28. §. 5. & seqq. Nam cum nobiles isti tam in corpore, quam
 propter idenditatem quoad singula membra non modò specialiter
 in pace religiosa §. Und in solchen Frieden, etc. sed & in aliis
 Imperii constitutionibus Statibus Imperii hoc modo sunt æquipa-
 rati, & sic non minus eadem quam ceteri habebunt jura, quod
 ex ipsis legibus imperii fundamentalibus deducit *Deck. tr. de con-*
sultat. pac. civ. relig. num. 18. & 19. Lauterb. Dissert. de condom. terr. c. 5.
§. 18. & 19. Hertz. Dissert. de super. terr. §. 85. Quod & ipsum com-
 probat *Christoph. Besold. de ord. equest. fol. 19. n. 13. & pol. lib. 1.*
c. 9. n. 15. in qua conformitate jamjam à priori sæculo ad judi-
 cium Camerale facta est ordinatio ab Imperatoribus, ut manute-
 neat nobiles immediatos imperii contra potentiores, præprimis
 verò contra Exceptiones subjectionis non facile attendendas, nec
 sub prætextu der Lands Fürslichen oder Hohen Obrigkeit, contra li-
 bertatem nobilium immediatorum pronunciet. *Aur. præjud. Ca-*
meral. apud Gylman. verbo nobiles. Ab *Andler in jurispr. tam. publ. quam*
priv. lib. 1. p. 9. & lib. 2. tit. 21. n. 36. *Paurm. de jurisd. lib. 6. n. 20.*
 & 3.

VII.

Quamvis autem nobilium immediatorum territoria à Ma-
 jorum Statuum territorii tanquam arctius & latius, majus vel
 minus differant, inde tamen nulla specifica diversitas inferri
 potest, cum majus & minus sive diversitas qualitatis differen-
 tiam specificam vel substantialem non constituat, *L. fin. ff. &*
ibi Bart. de fund. instru. Schrad. de feud. p. 10. sec. 5. n. 69. L.
 44. ff.

44. ff. de evict. nam parva & magna includuntur sub eadem juris determinatione, L. 20. C. de appellat. can. 13. extra de judic. Schrad. loc. cit. Siquidem unica etiam villa distinctum facere territorium, distinctamque possit habere jurisdictionem. vid. Natt. consil. 636. n. 31. regula enim hic est formanda talis, ac pro regulativo habenda, quod cui immediato imperii respectu territorium propriè competit, eidem quoque jus territorio connexum compere debeat, quod nihil aliud est quam superioritas, Myl. de princ. & stat. imp. c. 37. n. 10. Wurms. exercit. 3. q. 18. Remanet igitur facta tecta jurisdictio territorialis nobilium immediatorum, licet quandoque non adeo ampla habeant territoria, signanter quidem per capit. Leopold. §. 8. & 25. cui adstipulatur instrumentum pacis a. 4. §. 17. & a. 5. §. 28. ubi expressè disponitur: quod immediata imperii nobilitas, omniaque & singula ejus membra una cum subditis & bonis in exempto & immediato statu suo nulli alterius jurisdictioni, qualiscunque illa sit, subiecto inviolata sit relinquenda, quod pluribus exponit Kreidenm. tr. de jur. nobil. q. 4. n. 6. nec dicat quis in prædicto instrumento nobilium immediatorum impropiè tantum mentionem factam esse, huic enim contrariatur expressè specialis Paragraphus 28. instr. pa. cujus vigore nobiles imperii omnium beneficiorum ac jurium dictæ pacis una eademque jurium paritate prout ceteri status imperii in suo nimirum genere participes redduntur, plura de his vid. apud Besold. in Dissert. de ord. equest. n. 10. & seqq. Rumelin. ad A. B. Dissert. 1. Conclus. 12.

VIII.

Nihil præterea officit Jurisdictioni territoriali nobilium immediatorum, quod illorum bona majorum Statuum territorio sint circumdata, aut aliquibus in locis aliorum subditis mixta, consequenter illi status vicini in hisce bonis immediatorum territorialem habeant Jurisdictionem vel saltem ad specialis exemptionis probationem teneantur, verum hanc præsumptionem multo fortior atque ipsis naturæ regulis suffulta elidit, videlicet quia res omnis à primævo statu suo & Jure sit libera; quodvè præ-

sumptio ex territorio planè sit nulla, si alius sit in possessione loci particularis, Wesenb. *Conf.* 30. n. 17. & *conf.* 33. n. 20. Menoch. *de præsumpt.* lib. 1. n. 30. L. *fin.* ff. *quod metus.* Quod si enim castra etiam in alterius territorio sita Jurisdictionem per se exercent, tum cessat illa universalis præsumptio territorii prout in terminis habet Cravetta *conf.* 615. n. 13. & *conf.* 673. n. 11. Mat. *de afflic. decis.* 267. loca namque dominium separatum habentia non censentur esse de provincia in qua sunt sita, Schrad. *de feud.* p. 2. *sect.* 3. n. 157. unde secundùm generalem Imperii observantiam potest locus quidam esse in territorio & tamen non de territorio, quod exemplificat Klock. v. 1. *conf.* 8. n. 149. qui locus ergo ab omni territoriali Jurisdictione est exemptus per se ac separatum constituit territorium, & sic qualiscunque præsumptio præsumptione contraria & quidem in casu proposito duplici, immunitatis scilicet & libertatis absorbetur, Mev. p. 3. *decis.* 130. n. 1. & *seqq.* Meichs. *tom.* 2. *decis.* 8. *lib.* 1. quemadmodum hoc ipsum in civitatibus, Castris & pagis passim per Imperium sparsis & territoriis Principum inclusis ac in aliorum statuum locis quandoquidem in territoriis vicinorum comprehensis, & tamen Jurisdictione suâ territoriali gaudentibus in promptu luculentissimè proponit, Text. *in tr. de Jur. publ. stat.* Imp. c. 15. & *de immed. Imp. nob.* n. 59. Denique præsumptionem illam ex situ loci fragilem esse pro involvenda Jurisdictione territoriali, cum territorium non loco, non situ sed per actus Jurisdictionales sit designandum, pluribus tractat Knipsch. *de nob.* lib. 1. c. 11. *de Lynck.* *in annalect. ad Jus publ.* Schyved. p. *sp.* *sect.* 2. c. 10. §. 13.

IX.

Nec est quod nobiles immediati non gaudeant dignitate principali nec Jure statûs, adeoque Jurisdictione territoriali videantur esse destituti, nam dignitas principalis utpote personalis cum hac nostra territoriali per se nihil habet commune, cum persona Principis absque Jurisdictione territoriali, & hæc sine illa subsistere possit, Ming. *de super. terr. concl.* 44. Reinck. *de regal. secul.* & *Ecclesiast.* lib. 1. *class.* 5. c. 2. n. 41. Wehner

in observat. pract. voce Landsfürstliche Obrigkeit etc. ubi ex Gylman, annotat hisce formalibus, quod nobiles immediati in alienis principatibus libera sua habeant territoria, prout etiam dicit Math. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7.* parilis etiam ratio pugnat cum dignitate Statûs, quæ nullum planè constitutum essentialè est juris territorialis, Schütz, *in Colleg. jur. publ. Disp. 6. concl. 10. lit. e.* Equidem Praxis notissima loquitur, quod diversa sint dignitatis & territorii Jura, cum territorialia etiam aliis quam statibus immediatis ex concessione possint competere, ut latius innuit Knipsch. *l. c.* licet enim nobilis immediatus non sit subiectum denominationis quoad Jurisdictionem territorialem principalem, sit tamen subiectum inhæisionis ipsius rei, mutato tantùm nomine, eadem verò manente virtute, & sic ratione intensiois idem ubique Jus Meichs. *tom. 2. p. 1. decis. 8. n. 2.* Gylm. *tom. 1. p. 2. tit. 6. ver. 1. n. 37.* Gail. *lib. 2. observ. 62.* & Ertel *in observ. equest. 7. per totum.* Quo ad probandam verò ab allegante specialem exemptionem circa nobiles immediatos non est ut laboremus tantopere, quia potissimum propter generalem possessionem Jurisdictionis universalis, ac inde resultantem à potiori Juris præsumptionem secundùm Jura notissima nobiles immediati non possunt adstringi, cum in possessione vel quasi sint constituti, constitutus verò in possessione vel quasi præsumptionem pro se habet & ab onere probandi relevatur per L. *circa ff. de probat. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 6. n. 1. & seqq.*

X.

Ponamus autem, quod talis status vel immediatus imperii ab alio terras quasdam in feudum recipiat, num statim Jurisdictionem territorialem seu superioritatem ab eo recognovisse videatur? & sanè respondendum est negativè, quemadmodum hoc multis rationibus demonstrat facultas Ingolstadiensis in Concilio Waldec *contra Hessen* annexo tractatu Klockii *de contribution. conf. 10. fol. 105.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 98.* Distinctissima enim sunt Vassallagium & homagium, Mat. Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 182.* Pruck. *consil. 27. n. 1. v. 1.*
illud

illud nempe ratione feudaliū bonorum, hoc autem ratione sub-
 jectionis & obedientiæ præstatur, Bidenb. *in nobil.* q. 2. n. 14. Bo-
 cer. *de investit. feudal.* c. 4. n. 7. Gail. *de Arrest.* c. 7. n. 10. subditum
 equidem non facit servitus personalis sicut in feudo, sed domi-
 cilium & habitatio *L. domic. ff. ad municip. L. si in patria C. de incol.*
lib. 10. Gail. *lib. 2. observ.* 35. & 36. Coler. *de process. execut.* p. 2.
 c. 1. n. 13. Deinde quia extra territorium nec Jurisdictio nec sub-
 jectionis locum habet, *L. fin. ff. de Jurisdic.* investitura verò fieri po-
 test extra provinciam cujuscunque, Knich. *de Jur. terr.* c. 4. n. 53.
 Rosenth. c. 6. *concl.* 85. *lit. m.* etiam hac lege, ut si domini fun-
 dus in una, Clientelaris in alia regione sit situs, prædium ser-
 viens regatur modo territorii cui inest, non autem consuetudi-
 ne feudi Dominantis, Chop. *lib. 1. c. 5. n. 13.* & *lib. 2. p. 3. c. 1.*
tit. 3. n. 9. fol. 200. in d. major veluti cæsar vel status Imperii Va-
 fallus esse potest, alterius subditus esse non potest Hotom. *illust.*
 q. 35. Vult. *de feud.* c. 4. n. 9. Zas. p. 5. *feud.* n. 73. Vasallus
 igitur & subditus toto genere differunt, Gail. *de pig.* c. 15. n. 3.
 Wesfen. *cons.* 1. n. 57. *vol. 1.* Ille enim feudi tantum respectu do-
 minum cognoscit, hic autem Jurè subjectionis, ille sola re ob-
 stringitur, hic capite, Mat. Steph. *de Jurisd.* *lib. 2. p. 1. tit. 1.*
n. 3. Heig. *lib. 1. q. 18. n. 5. 12. 14.* & c. licet Vasallus & subditus
 quandoquidem comparentur, Myns. *cons.* 7. n. 8. *Dec. 2. Soc. cons.*
272. lib. 2. n. 11. nihilominus tamen subditus multò strictius obli-
 gatur domino quam vasallus, Cujac. 2. *feud. tit. 7.* Roll. *à vall. cons.* 1.
n. 30. vol. 3.

XI.

Dive sitas namque inter subditum & vasallum ex sequen-
 tibus patebit, & primò subditi ad collectas, vasalli vero qua ta-
 les non tenentur. Knich. *de pact. vest.* *lib. 2. c. 5. n. 26.* Myns. *cons.*
1. decis. 15. n. 26. Surd. *cons.* 135. n. 12. *lib. 1.* & *cons.* 234. *lib. 2.*
 secundò subditus crimen læsæ Majestatis committit, vasallus
 non æquè, Rosenth. c. 5. *concl.* 69. *lit. g.* Marta. *de Jurisd.* p. 4.
cas. 133. n. 12. tertio vasallus dominum feudi in controversia
 feudali sine venia in Jus vocare potest. Gail. *de pignor.* c. 15.

n. 4. Hartm. tit. 45. observ. 44. Vult. lib. 1. de feud. c. 10. n. 22. Mynf. lib. 4. observ. 92. Econtra verò non adedò subditus, Chop. lib. 1. de morib. quartò subditus ipsemet in verba Domini jurare tenetur, vasallus per procuratorem recipi potest in fidem, Bidenb. nob. q. 2. n. 14. Moller. lib. 4. c. 20. quintò dominus subditi sui iudex est jure plenissimo, nec jurisdictionem istam in præjudicium ordinarii prorogare audet subditus, Gail. lib. 1. observ. 40. Vult. ad L. 1. Cod. de Jurisd. omn. jud. n. 168. feudi verò dominus cognitionem habet litium feudaliū certo modo tantum limitatam per Clement. p. de sent. & re judic. Paurm. de jurisd. c. 8. n. 41. Gail. de pign. c. 15. n. 3. Fachin. conf. 58. n. 23. vol. 1. hoc est quoad res constitutionem, conservationem & privationem feudi concernentes, Marta de jurisd. p. 4. cent. 1. cas. 16. n. 12. Paurm. lib. 2. c. 8. n. 46. Ex quibus omnibus palam est Vasallum ratione feudi subditum non esse, nec feudi concessionem subditum facere. Gail. l. 2. de pac. publ. c. 13. Rosenth. c. 5. concl. 78. n. 5. Paurm. l. 2. de jurisd. c. 8. n. 42. id etiam confirmat Knipsch. de jur. & privil. nob. imp. lib. 3. c. 25. n. 39. & 40. in terminis; quod in Germania observari videamus, ut si Princeps nobili alicui imperio immediatè subjecto castrum vel pagum simpliciter in feudum concedat, omni etiam jure ipsa regalia & jus superioritatis, merum mixtumque imperium concessisse intelligatur, certò certius esse in Principe subinfeudante, quod per subinfeudationem omnia ea transferat & abdicet, quæ à Cæsare acceperat etiam superioritatem ipsam, maximè si personæ illustri sive immediatæ conferatur, scribit Zach. Viet. de Exempt. Concl. 28. ubi rationes reddit, quod subinfeudatio eadem prorsus lege, iisdem prorsus pactis fiat, quibus ipsa infeudatio, in aller massen, wie sie vom Reich gangen. Rosenth. de feud. c. 9. concl. 94. Mynsing. 1. obs. 62. Vult. de feud. 1. c. 10. n. 81. conferatur. Idem Knipsch. cit. loc. num. anteced. 37. & 38. ubi oppositiones partis adversæ, adhibita distinctione, inter jura Principum personalia ipsorum ossibus adhaerentia & inter jura regalia & Superioritatis, quæ territorio realiter coherent & cum investituris, quæ tamen pro modo acquirendi vel transferendi superioritatem territorialem habili sine dubio habentur.

D

bentur.

bentur, ad Vasallos transfire valent, adeo quidem ut dominus statui vel immediatè imperio parenti feudum ejusque connexa jurisdictionis Regalia &c. non cumulativè sed privativè concedere soleat, ita ut dominus non habeat amplius facultatem exercendæ jurisdictionis in terrâ infeudatâ, nec Vasallus ratione feudi sit subditus. Idem Knipsch. *lib. 1. c. 11. n. 3. 131. cum multis rationibus & autoritatibus.*

XII.

Positionem priorem excipit nunc altera quæstio quid è diverso juris sit, si nempe immediatus offerat territorium quoddam in feudum principi, num personam quoque suam subjecisse videatur? Notissimum quidem est, quod quisque rei suæ onus legemque quam velit imponere possit, & quæ allodii jure possidet, feudaria conditione subjicere non impediatur, Marta *de jurisd. p. 1. c. 29. n. 7. & 8.* Rosenth. *lib. 2. de feud. concl. 24.* cum etiam per stipulationem quis conditionem suam gravare valeat Mascari. *concl. 1405.* ac alterum superiorem agnoscere, seque ejus hominem reddere, Mandel. *cons. 52. & 54.* nihilominus tamen cum odiosa sit subjectio, strictique sit juris, nihil probabitur nisi quod expresso consensu comprobatum, per *cap. quamvis de prebend. in 6.* vel subsequente aliquo actu jurisdictionali roboratum est, ita Crav. *Cons. 118. 211. & 425.* potissimum, ne quis solâ confessione aut scripturâ simplici ad deteriores fortunam trahatur. *text. eleg. in L. 22. Cod. de agric. & censit.* & talis enunciatio universalis absque hoc temperanda est secundum naturam, qualitatem & aptitudinem personarum se subjicientium, de quo subtiliter Zas. *lib. 1. sing. respons. c. 6.* Paris. *cons. 88. n. 31. vol. 1.* sic quoque in hujusmodi subjectioe semper intelligitur excepta persona loquentis *L. si merc. §. ult. & ibi Gloss. ff. de act. emp.* nam qualitas personæ ubi repugnat verborum generalitati, verba generaliter non sumuntur, Rauden. *de anal. c. 22. num. 203.* Galin. *lib. 10. de verb. signif.* quo referenda est Doctorum regula: quod in simplici oblatione vel recognitione feudi sola res: res verò & persona non nisi in feudo ligio obligetur, Chop. *lib. 3. Dqm. tit.*

12. n. 18. Pacian. lib. 2. de probat. c. 37. n. 36. Garz. de expens. c. 12. n. 33. Curt. de feud. p. 1. c. 9. n. 22. Roll. à valle cons. 44. n. 13. vol. 2. ad quam rem aptè Menoch. lib. 3. præsump. 98. n. 43. § 44. ubi inquit dignitatem personalem non vānire, et si vasallus fundum vendat, quo facit quod hujusmodi allodia sua à principibus in feudum recognoscentes tantum abundantiore cautela sibi providere, non verò præjudicium sibi creare velint, Compil. Symphorem. tom. 1. p. 1. tit. 4. fol. 300. Adde Knich. de jur. terr. c. 1. n. 226. Quid quod immediatus potest allodia sua à Principe imperii in feudum regnoscere, quo facto tamen ipsi nulla conceditur superioritas vel jurisdictio in personam Vasalli ejusque bona ac subditos, Mat. Steph. lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 7. n. 177. Sixtin. lib. 1. de regal. c. 4. n. 59. Segregatissima enim sunt feudalis recognitio & subjectio, illa patrimonii. hæc personæ qualitatem respicit, Chop. lib. 1. de morib. rit. 2. n. 2. non ergo sequitur Comitum, Baronem vel nobilem imperii directum dominium tam comitatus quam jurisdictionis in subditos suos per recognitionem feudalem in principem transferentem, personam quoque principi subicere voluisse, Paurm. de jurisd. c. 8. n. 48. Accedit prioribus, quod Vasallus Cæsaris se alteri subicere volens non tamen possit, Mat. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 4. num. 49. Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 8. n. 48. L. 7. Cod. de metallar. idcirco si talis superiorem habeat v. gr. Cæsarem, spontanea ista subjectio nihil operabitur, etiam interveniente juramento text. in c. ea te credimus, § c. veniens de jurejur. Mascar. concl. 1405. n. 22. adstrictâ namque in casu tali fide voluntas ad ea solum extenditur quæ transferri possunt L. 21. ff. §. penult. ad municip. Peregrin. de fideicom. a. 6. n. 11. Duo igitur in se subjiciente pono necessaria, voluntatem scilicet & potestatem per c. cum Abbat. in fin. de off. delegat. Vult. cons. 35. n. 180. Menoch. cons. 103. n. 51. si ergo quis immediatus imperii est, semperque fuit, in hisce casibus jure merito Ulpiniani vocem opponere potest: quoad te? liberam ædes habeo? L. 4. §. competit ff. si servit. vindi. Extat etiam præjud. Camer. in symph. lib. 3. fol. 120.

XIII.

Quæ hæcenus diximus de nudis & alienigenis Vasallis sunt intelligenda, quodsi enim quis Vasallus & subditus simul est, formula Vasallagii & homagii erit uberior, cum talis duplici obligatione domino devinciatur Bodin. *lib. 1. reipubl. c. 9. n. 114.* Cujac. *lib. 2. de feud. tit. 7.* atque sic coram domino seu ordinario suo forum utcumque sortiatur, Mat. Steph. *lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 7. n. 182.* hujus ordinis sunt nobiles mediati, qui pariter Landsassii dicuntur, de quorum definitione DD. variant; nos cum Gylman *lib. 1. decis. camer. 46. n. 32.* Wehn. *pract. observ. verbo Landsassius:* existimamus, quod Landsassius sit homo jurisdictionalis, cui à domino territorii in omnibus mandari potest, quem etiam pro suo agnoscit, eiquè homagium præstat, subjectionem omnimodam & obsequium involvens, Meichs. *tom. 3. decis. camer. q. 33. num. 69.* Maul. *tr. de homag.* sunt autem hi mediati vel eminentioris vel inferioris ordinis, inter illos quidem Principes, Comites, Barones aliive Nobiles sub aliorum principum ac Statuum imperii omnimoda jurisdictione viventes, ut extant *Principes Lignicenses, Teschinenses in silesia &c.* Comites, Nobilesque omnes in Austria, Bavaria, Saxonia, Hassia &c. ac in aliis provinciis, quarum territoria clausa vocantur, sive in quibus viget Landsassatus omnimodus, & tales videntur esse omnes imperii provinciæ, præter Franconiam, Sueviam & Rhenanam, Schwed. *p. ff. sect. 2. c. 19. in princ.* quibus suo modo comparantur patricii. vid. Felwing. *Dissert. polit. de patric. Limn. lib. 6. c. 5.* Burg. *bibl. equest. inferioris verò ordinis sunt civitates municipales seu provinciales, de quibus fusè tractat Conr. Zahn. tit. Ichnog. municip. & Abas. Fritsch,* quæ hodie plerumque & propter res feudales & propter subjectionem duplex domino territorii juramentum præstare tenentur, Mont. *in usib. feud. lib. 2. c. 7. S. insuper, Bidenb. q. nobil. 1. num. 3. 4. 5. 6.* idcirco etiam aliquantulum eos reliquis subditis superiores esse non dubitandum ait Ming. *de super. terr. cap. 5. numer. 65. in fin.* quamvis constet Landsassium esse subditum, & nihil aut

aut parum ab hoc differre præsertim respectu domini sui territorialis, Maul de homag. tit. 1. n. 26. Bidenb. q. nob. 1. n. 5; sic enim inquit Knich. dominis territorialibus per Landsassios & alios subditos suos Juramentum asecurationis & subjectionis esse præstandum de Jur. terr. c. 3. n. 155. Jus superioritatis super Landsassios aliosque subditos habere locum, licet alii Principi vel Comiti Juramentum vasallaticum ratione honorum quorundam feudalium præstiterint dic. Knich. n. 44. § 108. quo facit tandem, quod dominus territorii super Landsassios & subditos suos tantundem possit quantum Imperator in Imperio, Knich. l. c. n. 108. ubi subjicitur dominum territorii literis, edictis & mandatis Landsassios, fideles charosque subditos compellare, ut hac ratione dominus territorii sive superior inferiorem cogere possit ad remissionem carcerati vel in qualiacunque vincula coniecti Wesenb. conf. 43. n. 13. 17. § 21. ut & in civilibus subditos subditorum suorum citare, vel iis citra subsidium mandata insinuari facere, Mat. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. mem. 2. n. 245. Coler. de process. execut. p. 3. c. 7. n. 31. superioris nempe proprium est & essentielle in se recognoscentes dominium territorii exercere, eosque jurisdictione sua territoriali distingere, subditos vasallosque suorum subditorum atque vasallorum collectare Wesenb. conf. 95. n. 34. § conf. 27. n. 25. & quamvis Landsassii quoddam habeant dominium, ac per consequens fructus omnes, consequenter etiam quodammodo Jurisdictionales faciant suos, ut sunt mulctæ, v. g. blutrüstig / Grevel / Walburjins / ungem. ff. de Hand- und Pferd- Frohn / Garz. de expens. c. 9. n. 1. Berlich. concl. 1. p. 1. Wehn. in verb. Gericht, distinguendum tamen est inter fructus Jurisdictionis & ipsam Jurisdictionem argum. L. 66. S. fin. ff. de Jure. dot. L. 8. S. fin. ff. de peric. § com. rei vend. Natt. con. 636. n. 126.

XIV.

Postremò, ut ad tramitem redeamus, membrís Imperii immediatis & Jurisdictione territoriali gaudentibus nonnulli Commendatorum ordinis teutonici annumerantur, Schüz. v. 1.

D 3

D, 6,

D. 6. th. 10. lit. f. g. h. Reink. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 2. in fine dicuntur à commenda sacra militiæ, quæ est beneficium à Magistro ordinis sacro emeritoque militi pro laboribus periculisque exantlatis collatum Steph. lib. 4. de Jurisd. c. 10. Ex quibus Ordinis teutonici Commendatoribus quidam Imperio subsunt immediatè, & in Comitibus ut status comparentes Prælatis accensentur, quidam immediati quidem sunt, sed in Comitibus non comparent, nonnulli verò mediati & principibus subsunt, in quorum territorio domicilia & possessiones habent, tales sunt *Commendatores in Austria, Bavaria &c. prædic. Schüz, loc. c. D. 9. th. 19.* his collegia quædam Canonicorum & Monasteriorum libera adæquantur, Schüz. vol. 2. Decis. 10. th. 19. Gail. lib. 1. observ. 30. n. 9. ex subscript. Recess. Imp. in Comit. Ratisbon. anno 1654. Accensentur desuper Imperio immediatè subjectis communitates ac pagi quidam, de quibus meminit *instrumentum pacis a. 5. §. 2. verbo fiat itaque &c.* qualium conditionem nominatim describit Goldast. in *Epist. dedic. der Reichs-Handlung, verb. Es seynd ic.* Hugo de stat. reg. germ.

CAPUT V.

De vi & effectu Jurisdictionis territorialis.

POSITIO I.

PRæmissâ subjectorum capacitate descendimus ad vim & effectus Jurisdictionis territorialis statibus vel immediatis Imperii competentis, talesque sunt vel generales, vi quorum dominus territorii sit quasi Imperator in territorio suo itenditate scilicet analogica Schwed. p. sp. sect. 2. c. 10. n. 14. vel speciales, qui sese exerunt in Juribus & actibus Jurisdictionalibus cirçâ negotia plerumque sæcularia versantibus, Ludolph. Hugo c. 6. n. 29. § 30. inter quos primùm occurrit receptio homa-

homagii ex Jure consuetudinario introducta, *Spec. §. quom. ut ver. 2. de feud.* quod definitur á Thom. Maul. *de homag. c. 1. tit. 1. n. 2.* affecuratio fidelitatis & obedientiæ, quam subditus præstat domino territoriali, sub cujus Jurisdictione habitat, in agnitionem superioritatis etiam si sit Comes, Baro vel Nobilis Schrad. *conf. 23. n. 149.* nisi quis se ab ejus præstatione vel conventionis vel præscriptionis Jure probaverit immunem *c. 14. extra de jurejur. Leif. de Juram. fidel. subd. §. 34.* ubi recurrit, quod supra diximus, multos quidem esse, qui dominis territoriorum præstent homagium ratione rerum in eorum territoriis situarum, quamvis hi intuitu personæ suæ omninò liberi & non nisi Cæsari sint, subjecti, adeoque homagium illud, ut ita dicam, generale ad Jura illa stringendum est, quæ habet is cui præstatur Tenz. *de Jur. subjeçt. apud Fritsch. v. 1. ex Jur. publ. 2. n. 58.* unde homagium etiam à quibusdam in personale & propriè tale, ac reale distinguitur quod ultimum respicit bonorum possessionem in alieno districtu sitorum, non verò afficit personam ab universali subjectione territoriali aliàs liberam & immediatè Imperio subjeçtam, neque simpliciter Landsassiam facit, Hert. *disp. de subjeçt. terr. §. 14.* præstito autem homagio dominus territorii res & personas subditorum suorum protegere & defendere tenetur, subditus e contra aliorum dominatui se nequit subjicere quod expressè prohibitum est per *capit. Leopold. & Joseph, a. 8. §. 9. §. capit. Caroli VI. a. 27. Schwed. p. sp. sect. 2. c. 11. n. 5. Ming. de super. terr. C. 5. n. 66.* hinc etiam subditi illi fortius devincti sunt domino suo territoriali quam ipsi Imperatori, licet huic Jure quodam ac devotione sint adstricti. R. J. Wormat. *de ann. 1594. §. wiewol auch.* Qua ratione subditi legibus domini sui immediati vivunt iisque etiam sine assensu Imperatoris subjiçuntur, primariò namque attenduntur Jura municipalia, secundario verò communia & Imperialia Knich. *de Jure terr. c. 1. n. 365.* Inde etiam fructus reddituum bonorum vacantium, pœnarum, & omnigenæ Jurisdictionis in immediatos territoriorum dominos redundant, ut ne quidem bona subditorum suorum ex capite læsæ Majestatis confiscata Cæsar sibi applicare velit. Myl. *c. 68. n. 8. capit. Leopold, a. 27. Joseph, a. 26. Caroli 6. a. 21.*

II. In-

II.

Inter effectus Jurisdictionis territorialis secundo loco venit Jus ferendi leges & statuta Thomas. *de stat. potest. legisl. argum. L. ff. sicer. pet.* quæ non tantum subditos aliosque forenses in territorio commorantes ad sui observantiam obligant, sed & à Camera quoque Imperiali in causis illuc devolutis attendi debent, quamvis talia statuta Juri communi contrarientur, & speciali Imperatoris confirmatione destituantur modo sunt rationabilia *Or. C. p. 1. tit. 13. R. J. de anno 1554*, num autem statuta in actibus Jurisdictionis contentiosa v. g. circa bonorum communionem vel mutuam conjugum successionem extra territorium vim obligandi habeant, non immeritò quæritur? Et quanquam intuitu consuetudinum Bambergensium nuper in concessu quodam Juridico vix non in affirmativam descendissem, eo quod per vim communionis bonorum, quæ inter matrimonio junctos tam tacitè quam expressè anno & die elapso contrahitur, bona omnia tam extra quam intra territorium locata ex tenore statutorum Bambergensium sunt utrique parti communia & alterutrâ decedente quasi hæreditaria, vid. Justus Vera. *consuet. Bamberg. tit. de comm. bonor.* Hoc autem propiùs considerato in negativam descendo, cujus ratio est, quod consuetudines vel statuta, quæ regularitèr pari passu ambulant, sunt tantum locales vel localia, & sic non nisi subditos obligare possunt, ubi enim cessat Jurisdictio statuentium ibi dispositio statuti neque poterit obtinere per *L. fin. ff. de Jurisd. omnim. jud. L. 1. cod. de susp. tutor. c. ut animarum de Constit. in 6*, Quòd pertinet, quod causa talis finita non possit producere effectum infinitum, sed sicut limitatur potentia causæ, sic etiam debet limitari effectus *L. si arrogatur ff. de adopt. L. Jurisp. §. cum oriunt. ff. de excus. tutor. L. pupillo ff. de tutor. §. curat. dat.* atqui potentia & auctoritas consuetudinis non extendit se extra proprios limites *L. duumvirum cod. de decur. Lib. 10.* ergo neque effectus ejus se potest extendere, *Jaf. cons. 163. vol. 2. cir. med.* & hoc eò magis procedit, quando sumus in correctoriis, nam dum statutum à Jure communi ut in thesi exorbitat, quia sic strictissimè est interpretandum *cap. cum dilectus §. quia nobis*

nobis *socin. sen. conf. 31. n. 1. vol. 1.* adeò ut extensio fieri non possit etiam ex idenditate rationis, *authent. S. penult. de administ. off. in sac. appellat. Bart. & DD. in L. si constante ff. solut. matrimon. Decius conf. 669. n. 6. 7.* Itaque res extra territorium sitæ, propriæ legi istius loci subjacent, ubi sunt sitæ & non legi statuentium, per rationes prædictas, & sic hæredes ab intestato, puta collatorales excluso superflite conjuge in illis bonis possunt succedere, *Ancha. in c. canonum statuta, de consitut. Cyn. in lib. 1. num. 9. cum seqq. de sum. Trinit. Brun. in tract. de statut. a. 8. n. 123.* Attestantur etiam practici quod statuta vel consuetudines indistinctè non extendantur extra sua territoria *dic. L. fin. ff. de jurisdic. omn. jud. Alex. conf. 128. per tot. Anch. conf. 163. per tot. Bald. conf. 131. n. 4. vol. 2. Jas. conf. 163. per tot. Castrens. conf. 32. p. 2. in princ. ubi dicit, quod extra territorium debeat servari consuetudo illius loci, vel si nulla ibi sit consuetudo, tunc obtinet dispositio juris communis, vid. insup. Schurf. conf. 56. num. 1. & 2. cent. 1. ubi ferè in terminis decidit, quod dispositio deferens conjugi superfliti certa bona, non extendatur ad res existentes extra territorium per tex. in L. de pupillo. ff. de tut. & curat. Aliter tamen res se habet in actibus jurisdictionis voluntariæ, si v. gr. quis testatus decedat, nam tum extensio locum habet, cit. *Anch. conf. 163. n. 2. & sit. DD. alii suis locis.**

III.

Potestati ferendarum legum in ordine ad jurisdictionem territorialem subsequitur effectus alius, scilicet potestas publicandi edicta, mandata, inhibitiones, & danti rescripta *Fritsch. in addi. ad Lymn. lib. 4. c. 8. num. 286.* item certa pondera, mensuras atque ulnas constituendi, *ord. pol. de ann. 1548. tit. Von etlichen ic. Myller c. 46.* atque ut leges & mandata eò promptius executioni mandarentur, influit præterea creatio & depositio Magistratûs & officialium tanquam alius jurisdictionis territorialis effectus, tessera enim jurisdictionis est tribunal paratum ad jus reddendum, *Rip. c. cum Eccles. num. 636. de causa possess. & propr. Petra q. 12. n. 436. in principio, in creandis ta-*

E
men

men hujusmodi officialibus dominus territorii in pietatem, prudentiam ac merita eorum respiciat, Seckend. p. 2. c. 5. 6. 8. Schvved. p. sp. sect. 2. c. 13. n. 7. nec iniquum erit, si indigenarum suppositis supponendis quam peregrinorum hac in parte potior habeatur ratio Lembk. de jur. indigen. p. sp. posit. XV. quibus accedit jus habendi Cancellariam, dicasteria & judicia, jus avocandi causas in lite coram inferiore iudice pendentes, vel proprio motu vel ad partis instantiam, vel ex alia justa causa Ritterh. ad Nov. p. 9. c. 6. n. 76. Gail. lib. 1. observ. 41. nu. 1. nec non dominis territorialibus vi jurisdictionis territorialis adscribitur jurisdictio omnimoda id est, die höchste Gerichtsbarkeit in Pein- und Bürgerlichen Fällen, Schvved. p. selec. sec. 2. c. 13. n. 12. quæ communiter in superiore & inferiore distinguitur, Ord. crim. a. 177. & 78. Mat. Steph. ad ord. crim. praf. Carpz. in pr. crim. q. 10. n. 48. Sed cum haud raro eveniat, ut ea ad jurisdictionem territorialem unius loci referantur, quæ tamen ad inferiorem alterius pertinent, & vice versâ, sanè in hac materia ad cujusque loci observantiam & consuetudinem principaliter respiciendum erit, Carpz. de proc. tit. 2. a. 1. n. 8. & in prot. crim. q. 109. n. 31. quæ jurisdictio cuique domino territorii adeo salva est relinquenda, ut ne Imperator quidem in hoc puncto concurrere possit, multòque minus aliis avocatio sit concedenda. vid. O. C. p. 2. tit. 1. 5. Myler de Stat. Imp. c. 14. §. 20. capit. Car. VI. a. 5. & 18. Inter hos effectus ponitur etiam jus Archivi, nec non jus indicendi comitia provincialia si quando dominus territorii sub se status provinciales habeat, & denique jus visitandi provincias, ad cognoscendam judiciorum corruptelam & alios abusus tollendos, quod maximè commendat dominis territorialibus Fritsch. tr. de visit. provinc. Schvved. p. sp. sect. 2. c. 13. n. 20. Recensiti modo effectus jurisdictionis territorialis merè justitiarum dicuntur, nam DD. communiter omnes hujusce jurisdictionis effectus partim in justitarios partim in gratiosos & utiles distinguunt, dic. Schvved. c. 13. in princ. Hildeb. de juris. univ. cap. 3. posit. 17. & 18.

IV.

Sequuntur nunc effectus jurisdictionis territorialis gratiosi, quorum primus est jus concedendi privilegia, qui enim habet jus ferendi leges, idem ut privilegia concedere possit necessarîo sequitur *argum.* §. 6. *instit. de I. N. G. & C.* adeo ut privilegia ob benè merita vel per modum conventionis concessa sint irrevocabilia, Reink. *lib. 2. concl. 2. c. 8. n. 26.* ultrò his effectibus gratiosis adscribitur jus delicta pœnasque capitales remittendi seu aggratiandi, Lauterb. *diff. de jur. aggrat. L. ad best. ff. de pœn.* Hunn. *in tr. de jurisd. polit. p. 1. c. 3. q. 5.* Schönb. *lib. 5. polit. c. 24.* jus legitimum, Myl. *c. 53.* jus veniam ætatis minoribus concedendi, idem Myl. *c. 57.* jus famæ restituendi, Schvved. *p. sp. sect. 1. c. 15. n. 3.* jus inducias moratorias debitoribus concedendi, Gail. *l. 2. observ. 26. n. 14. Nov. 4. c. 2. L. 3. §. 1. Cod. de usur.* jus exercendi repressalia, Landsp. *dissert. de repress. num. 5.* Fritsch. *vol. 2. exerc. jur. publ.* jus nundinas minores vel provinciales constituendi, *argum. L. 9. ff. de servit. L. 1. §. 12. L. 2. §. 9. ff. de aq. & aqu. pluv. arc.* jus conducendi per vias publicas, vigore cujus damnum à prædonibus fortè datum domini territoriales restaurare tenentur, R. I. *de ann. 1555. c. 86. & ann. 1559.* Becht. *de securit. & sal. cond. per tot.* jus inquirendi in facinorosos, eosque prosequendi, Gail. *lib. 1. de pac. publ. c. 10. n. 25.* sicut & quilibet Magistratus grassatores etiam extra territorium persequi potest, dummodo tamen ibi sistantur ubi sunt deprehensi cit. Gail. *lib. 1. de pac. c. 16. n. 25. & lib. de pignor. observ. 3. n. 11. & in tr. de arrest. c. 7. nu. 12.* denique jus collegia, societates opificum erigendi eorumque statuta confirmandi L. I. *ff. 3. & 4. de colleg. illicit.* Mat. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 6. n. 58.* & judæos recipiendi, A. B. *tit. 9. Ord. pol. de an. 1548. tit. Von Juden, Schvved. p. sp. sect. 2. c. 14. n. 12.*

V.

Ad effectus utiles jurisdictionis territorialis pertinet jus indicendi & exigendi collectas provinciales, quæ indubitata habetur

E 2

betur probatio Jurisdictionis territorialis c. 2. extra de cens. exact. ideo enim tributa praestantur, quia haec sunt probatio subjectionis. Greg. Tholos. de rep. lib. 9. Gail. lib. 1. obs. 21. n. 9. & de arrest. c. 6. n. 26. Deinde Jus detractionis quod secundum consuetudinem locorum dominus territorii in redhostimentum protectionis exhibitae ex patrimoniis illorum detrahit, qui vel domicilium vel haereditates vel donationes mortis aut alia causa factas alio transferre cogitant. tot. tit. Cod. qui & quib. quart. pars. deb. L. Cod. un. non lic. habit. ab hoc tamen detractionis onere immunes dicuntur principes, Ecclesiae, eorumque Ministri, & consiliarii principum, Mev. p. 7. Dec. 28. & 366. Befold. voc. Nachsteuer 1c. Capit. Caroli VI. a. 25. Plura de his vide apud Eichm. de jur. detract. & Fritsch. vol. 1. exer. Jur. Publ. c. 3. in ordine ad effectus utiles Jurisdictionem Territorialem innuentes venit jus cudendae monetae, Recept. Imp. de ann. 1551. quod hodie tamen imperatoris & collegii Electoralis concessione indiget, capit. Car. VI. a. 9. Myler. c. 71. Jus fluminum publicorum, Wesenb. in para. ff. de flumin. n. 3. Jus fisci, Peregr. c. 1. n. 25. quae sint. reg. Jurisdictio forestalis seu Jus foresti & banni ferini, de quo vid. Befold. voc. Forst. Fritsch. corp. jur. venat. fores. Quibus accedit Jus percipiendi vectigalia vetera Maul. de homag. tit. 10. Sixtin. de regal. c. 6. Quae si nova Caesaris nec non unanimi Electorum consensu & vicinorum constatuum approbatione & concessione speciali impetranda sunt, R. 1. de ann. 1576. §. weiter cap. Leopold. art. 21. Joseph. art. 20. Carol. VI. art. 8. nisi tamen sint minora, & naturam dacia- rum & accisiarum induant Schwved. p. sp. sect. 2. c. 15. n. 6. aut perpetua observantia extent introducta, Hildebr. de jurisd. univer. c. 3. posit. 19.

VI.

Occasione Juris vectigalia percipiendi quaritur? num pro solo transitu per vias publicas dominus territorii aliquid exigere possit? & videtur quod sic per text. in L. si quis ff. de don. intra vir. & ux. tum quia Dominus territorialis fit viarum publicarum arbiter in suis scilicet territoriis argum. L. 8. §. 5. ff. si

ff. si servit. vind. adeoque possit prohibere subditis & forensibus ne
 aiter, quam ipse velit, territoria sua ingrediantur, L. 16. ff. de S.
 P. R. L. fin. §. 3. ff. quod vi aut clam. quod adjuvat ratio refectionis
 viarum, Ang. in L. 7. ff. de incend. ruin. his tamen non obstantibus
 exactio pedagii non obtinet, tum quia id pugnat cum jure gen-
 tium, quo liberrimus viarum publicarum usus patet transeuntibus,
 L. 24. ff. de dam. infec. L. 2. §. 21. ff. ne quid in loc. pub. cumque
 major sit æquitas exigendi vectigalia quam ejusmodi pedagia, &
 restrictio libertatis personarum aliunde sit odiosa L. ult. §. 7. de publ.
 L. 5. Cod. de vestig. L. 9. ff. ex quib. caus. major. præcipue si pedagia
 deberentur, hoc vel esset ex Jurisdictione, vel obligatione vel ex
 servitute, neutrum verò dici potest, per L. 1. ff. de vi. ei. & c. L. 5.
 ff. de jurisd. L. 25. ff. de obligat. & act. L. 1. ff. de servit. L. 8. §. 3. ff. de
 lib. leg. L. 15. §. 1. de serv. Et in dubio semper pro libertate stan-
 dum L. antepen. ff. de manumis. L. 20. de reg. jur. quòd confirmatur
 argum. L. 47. ff. de oblig. & act. Non tamen idem dicendum de au-
 riga, qui licet nullas vehat merces, in ponte nihilominus tran-
 seundo pro rheda seu vehiculo pontivegium solvere tenetur, mo-
 dò Jus exigendi vectigal legitime sit illic quæsitum, L. fin. Cod. de
 vectig. L. 4. Cod. de præscript. 30. vel. 40. ann. L. antepen. §. 8. ff. locat. L.
 6. Cod. de vectig.

VII.

Effectus quidam Jurisdictionis territorialis sunt militares, ut
 Iustratio & sequela, sicut enim Jus armamentaria habendi perti-
 net ad jurisdictionem territorialem, Knich. commen. c. 5. f. l. 169.
 ita etiam armorum delatio & prohibitio dominis territorialibus
 attribuitur ex antiquissimo germanicæ libertatis prætenso & novis-
 sima Imperii concessione ad cogendum militem secundum Imperii
 constitutionem, R. J. Spir. de an. 1526. & anno 1548. & an. 1555. at 64.
 Proinde domini territoriales possunt etiam agere delectus, muni-
 re & extruere fortalitia, Sixtin. de reg. lib. 2. c. 1. n. 15. Jus apertu-
 ræ, Wesenb. conf. 2. n. 78. Knich. de Jur. terr. c. 4. n. 354. Steph. de
 Jurisd. c. 7. n. 469. Bidenb. q. nob. 7. §. Musterung, ad quos effe-
 ctus

Etus posteriores refertur Jus mittendi legatos, Jus fœdera pangen-
 di cum exteris sine præjudicio tamen Imperii, Brunnem. *Differ. de*
fœder. princ. Imp. cum exteris. Titius lib. 3. c. 4. Fürst. *de jur. suprem.*
 Quibus denique accedunt effectus quidam honorabiles, jus scilicet
 Austregarum, *O. C. p. 2. tit. 1. 2. 3. 4. 5.* Jus sessionis & præ-
 cedentiæ, exemptio à legibus, aliæque plures prærogativæ, de qui-
 bus latè tractat Schvved. *p. sp. sect. 2. c. 7. per totum. Titi. in spec. jur.*
publ. l. 3. c. 5. & Hildebr. *de jur. uni. c. 3. posit. 21. armorum & in-*
signium pictura denuò eloquitur supremam domini territorialis
Jurisdictionem, L. fin. §. 1. ff. de oper. publ. Decian. tr. crim. lib. 7. c.
51. n. 11. Wefenb. conf. 21. n. 68. Quin & solennis adventus do-
 mini territorialis, si quando subditi dominum suum hæredita-
 rium devotè excipiunt, Gylm. *Symphon. tit. 2. n. 23. 59. § 120.*
 Knich. *Encyclo c. 15. per tot.* Plures Jurisdictionis territorialis effectus
 qui desiderat, videre potest Knich. *d. tr. Volcm. tr. de jur. princ. c. 8.*
 & Schvved. *l. sub. c.*

VIII.

Amittitur autem Jurisdictio territorialis morte naturali &
 civili, illo casu decedentibus singulis successoribus feudum Impe-
 rii incorporatur Imperio, exceptis tamen Electoribus Schvved. *p.*
sp. Selec. sec. 2. c. 10. n. 15. & sec. 1. c. 21. hoc casu redit territorium
 amissum cum Juribus illi coharentibus, quandoque plenariè & ir-
 revocabiliter ad Imperium, quandoque verò post mortem pro-
 scripti rursus proximioribus agnatis ceditur Struv. *syntag. Jur. feud.*
c. 15. aph. 13. & 14. Schüz. v. 1. D. 6. th. ult. lit. f. Deinde etiam Fel-
 onia contra Imperatorum & Imperium commissa, Itter. *de feud.*
Imp. c. 24. p. 102. temporis immemorialis præscriptione, renuntia-
 tione & exemptione ab Imperio, Viet. *de exemp. imp. Ming. c. 6. th.*
84. Schvved. p. sp. sec. 2. c. 10. n. 15. Sin verò dominus territorii in
 sua Jurisdictione legitimè constitutà turbetur tantùm, non qui-
 dem amittitur Jurisdictio territorialis, ideoque dominus territo-
 rii contra violantem vel turbantem experiri potest constitutione
 pacis publicæ, de qua vid. Gail. *tot. trac. de pac. publ. aut si*
 velit,

velit, turbatorem in continenti propriâ authoritate expellere L. 1. Cod. unde vi c. olim. ext. de rest. spoliat. L. ut vim ff. de just. & jur. Menoch. conf. 230. n. 24. tot. tit. Cod. quando lic. univ. &c. Spoliatus insuper agere poterit interdic. Unde vi vel plenissimis Juris Canonici remedijs L. 2. & tot. tit. Cod. unde vi. Cap. redintegranda. 3. q. 1. c. sæpè extra de restit. spoliat. Menoch. c. l. n. 15. & seqq. Datur etiam utilis actio confessoria & negatoria pro jurisdictione territoriali vel alteri deneganda vel sibi vindicanda argum. I. 6. §. 2. ff. de arb. fur. cas. L. 9. §. 2. ff. de dam. inf. Wesenb. in parat. ff. de jurisd. n. 13. & quomodo alias quilibet Magistratus Jurisdictionem & superioritatem suam defendere possit pœnali judicio, missione in possessionem captis pignoribus, tradit Michaël: de jurisd. c. 149. Ming. de super. terr. c. 6. n. 85. incidentibus demum controversiis circa Ducatus, Principatus &c. judex solus est Imperator, in cæteris controversiis jurisdictionem territorialem concernentibus vel Camera vel cujusvis rei ordinarius, Zas. de feud. p. 11. n. 22. Duar. de feud. c. 20. cujus Jurisdictionis probationes desumi possunt ex actibus & effectibus supra recensitis, plura tamen in hac materia quo ad modum procedendi vid. apud. Knich. tr. de jur. terr. c. 2. n. 12. & c. 5. n. 90. inque ad finem.

CAPUT VI.

De aliis Jurisdictionibus circa territorium versantibus, Centena scil. & Vogtheja.

POSITIO I.

Indicavimus supra c. 2. status aliosque immediatos interdum jurisdictionem particularem in alterius territorio exercere posse, & quidem ex capite speciali, quod plerumque fit per
Cen-

Centenam, vel Vogthejam; & primò quidem centena dividitur in universalem, plenam, seu omnigenam regularitèr dominis territoriorum competentem, text. *de jur. stat. tit. 4. n. 94. & tit. 15. n. 96.* quae definitur, quod sit Jurisdictio criminalis seu publica potestas, in criminibus gravioribus mortem & naturalem & civilem, afflictionemque corporis concernentibus iudicandi, & in facinorosos animadvertendi *L. 3. ff. de jurisd. Linck. de centen. c. 1. per tot. Leipold. de concurr. jurisd. q. 12.* vel in particularem & non adeo plenam seu limitatam quando quis in alterius territorio majorum tantummodò criminum coercitionem vel pacto vel præscriptione vel consuetudine habet quasitam, quæ centena se extendit ad quatuor hæc delicta graviora, als Mord oder Todschlag, Diebstal oder Raub, Brand und Nothzucht, *Ming. de super. terr. c. 4. n. 57. Linck. de cent. c. 1. §. 16.* hæcque vel communi vel proprio & solo jure exercetur, *Bœckel. de cent. th. 42. Lauterb. de condom. terr. c. 6. §. 16.* vel in pure talem, à Jurisdictione territoriali, & Vogtheja plane separatam *Linck. de cent. cap. 3. n. 20. Hildebr. de jurisd. univ. C. 5. pos. X.* Quemadmodum autem in hujusmodi Juribus criminalibus ac eorum effectibus dignoscendis conventiones & locorum consuetudines sunt respiciendæ, *Carpz. prax. crim. p. 3. q. 109. n. 21. Bœckol. de cent. th. 19.* nihilo tamen minus quosdam effectus centenæ omnigenæ & limitatæ pro aliquali satisfactione percurremus, de quibus plenissimè *Bœckel. de cent. th. 19. §. 19. & 32. Hildeb. de jurisd. c. 6. post. 6.* Sunt igitur effectus potiores centenæ omnigenæ Jurisdictioni aliàs territoriali annexæ in ordine ad delicta, mortem vel pœnam corporis afflictivam merentia *Bœckel. de cent. memb. 3. th. 17. & 18.* & se extendunt ad vitæ ademptionem, ad damnationem tristem, ad mutilationem membri, ad fustigationem eamque famosam, ad exilium, ad expositionem ad numellas vulgò die Bühn oder Pranger-Stellung, ad multam pecuniariam, ad coactionem armorum apprehendorum in executione delinquentium vel persecutione facinorosorum, de quib. fusiùs tractat *Carpz. p. 3. q. 109. n. 31. Wehn. in observ. prax. voc. Cent.* inter hos centenæ omnigenæ effectus est realis apprehensio subditorum delinquentium à iudice criminali irrequisito

quisito Magistratu Vogthetico exercenda, Linck. *de cent. c. 3. §. 14.* Hildeb. *de jurisd. c. 6. posit. 8.* huc pertinet jus exigendi multas pro delictis coercendis, & totalis pœnæ remissio, dummodo criminalis Jurisdictio à subordinatis non administretur, Lauterb. *de Jure aggrat. nov. 82. c. 10.*

II.

Quo ad limitatam verò Centenam Juri territoriali nunquam adhaerentem sed in alieno etiam territorio competentem tales sunt effectus, qui se tantum ad quatuor delicta grandiora extendunt, ut homicidium, incendium, stuprum violentum & furtum qualificatum, reliqua verò delicta ad criminalem Jurisdictionem omnigenam territorio adhaerentem oder *zur Ober-Vogtheilichkeit* pertinent. Linck. *de cent. c. 3. §. 11. & 12.* Knipsch. *de nob. immed. lib. 3. c. 3. n. 5. vide de sup. Lünig. in Arch. Imp. de nobil. p. 656.* necesse est autem ad exercendam hanc limitatam centenam, ut delicta sint realiter commissa, nam in delictis tantum attentatis cognitio spectat ad dominum Vogthejæ superioris, & deinde delicta debent esse notoria, nam in dubiis delinquens detinetur apud judicem Vogtheicum, licet centenicus interea cognoscere possit, Wesenb. *cons. 43. n. 20.* Bœckel. *de cent. memb. 3. th. 33.* ad effectus hujus centenæ limitatæ refertur porro jus tollendi occisum, inspiciendi vulnera, Jus tesseram, id est, *Leib Zeichen*, vel aliquid de occisi vestibus aut pileum auferendi, R. I. *de ann. 1600. §. 43. & 44.* Feldm. *tr. de cadav. in spic. jus percipiendi fructus ex Jurisdictione criminali, Jus exigendi sumptus ex more locorum pro executione centenica Bai. de expens. exec. Linck. de cent. c. 3. §. 19.* Jus facinorosos per officiales suos capiendi, casu quo dominus Vogthejæ id facere recusat, Gylm. *supp. Cam. t. 1. sec. 336.* nam ordinariè Dominus Vogtheicus delinquentes capit, eosque remittit, factâ tamen restitutione damni quod secus se habet in centenâ omnigenâ territorio annexa, hæc enim Jus capiendi habet absque ulla irrequisitione alterius, Linck. *de cent. c. 3. §. 14.* Cavendum tamen hic, ne dominus Vogthejæ hic in præjudicium centenæ

F

limi-

limitatæ tranfigat cum delinquente capto, pro maturandâ ejus dimiffione, unde Centenicus in procedendo non debet effe negligens Bœckel. *de cent.* §. 35. 38. 39. & Hildebr. *de Jurisd.* c. 6. *posit.* 16.

III.

His subjungimus quædam de Vogtheja, aliàs civilis, baffa feu inferior Jurisdictione dicta, quæ diftrictum quendam continet cum Jurisdictione, Lunich. *de Jur. terr.* c. 4. n. 340. dividitur plerumquè in fuperiorem & inferiorem; attamen cum fuperior Vogtheja aliud nihil fit quam fuperioritas quædam territorialis, omnem omninò Jurisdictionem, exceptâ folùm centena limitatâ, comprehendens, itaque de folâ Vogthejâ inferiore hîc agendum erit Stryck. *de Jurisd. tircumsep. per tot.* quæ definitur, quod fit potestas jus dicendi de caufis civilibus & delictis levioribus, nec mortem, nec corporis cruciatum involventibus, Ertel *de Jurisd. infer.* c. 1. *observ.* 1. Linck. *de Vogthe.* c. 2. §. 5. dividitur plerumque in generalem feu particularem, illa in toto aliquo diftrictu tam per pagum quam in viâ regia & tota communitate omni meliori modo, hæc in certa tantum prædia eorumque poffeffores competit, Stryck. *de Jurisd. circumsep. per tot.* Ertel *de Jurisd. infer.* c. 1. *observ.* 8. ad cujus Jurisdictionis inferioris effectus dignoscendos loca, mores, obfervantiæ & pacta funt præcipuè attendenda, in genere tamen ad Vogthejam five Jurisdictionem hanc inferiorem, ac civilem omnes ferè caufæ fpectant, quæ fub centenâ omnimodâ vel reftriçta non continentur, Ming. *de Jurisd. terr.* c. 4. n. 58. Lynck. *de Vogthe.* c. 3. §. 13. & feqq. Effectus tamen Vogthejæ fpecialiores traduntur effe fequentes & 1. quidem Jus recipiendi homagium à fubditis Vogtheticis intuitu alicujus pagi vel caftri domino Vogthetico præftandum vulgò *Vogtey Pflicht*, Vult. *de feud.* l. 1. c. 9. n. 4. L. 9. ff. *de tranf. act.* L. 29. ff. *de in offic. testam.* 2. conftitutio carceris civilis, Schneidevv. *in epit. feud.* p. 2. *observ.* 28. Zaf. n. 47. *de Jurisd.* 3. ponderum & menfurarum, ulnarumque infpectio, Wehn. *voc. Vogtheja.* Befold, *con.* 211. n. 10. 4. Encaniorum protectio, Raland,

Raland, *de commiss. lib. 2. de interr. c. 16. n. 34.* Knich, *de Jur. terr.*
c. 4. n. 409. §. terminorum & lapidum finalium positio argum.
L. 2. §. 13. ff. de orig. jur. Gylm, *lib. 1. Dec. 1. n. 24.* Bidenb. *q.*
nob. ult. argum. L. fin. ff. fin. regund. 6. exactio operarum à subditis
 præstandarum *L. 1. 3. 22. ff. de operis libert.* Carpz. *lib. 1. tit. 6.*
resp. 56. From. *de oper. c. 1. §. 11. 7.* Assessio in depositione ra-
 tionum Parochialium, Frondin. *de Jur. Ecclesiast. paroch. lib. 3.*
c. 7. §. 20. Laym. *tr. 9. c. 5. 8.* Inspectio molendinorum, *con-*
sil. Argent. 2. n. 156. Besold. *cons. 211.* Bidenb. *q. nob. 7. fol. 56.*

IV.

Inter effectus Vogthejæ inferioris ponitur 9. Jus publican-
 di mandata & statuta communia, Jurisdictioni tamen superiori
 non præjudicantia, Gylm. *lib. 1. tom. 1. Sympbor. fol. 291. n. 41.*
 Meisch. *tom. 3. Decis. 9. n. 135. 10.* Inspectio & cura commo-
 dorum ex ædificiis communibus provenientes circa tabernas,
 balnea & officinas publicas, Uran. *vol. 2. cons. 21. n. 6.* Besold.
thesaur. pract. fol. 209. Speid. *in spec. B. Tafeln Wehn. verb.*
Ehechafften 11. designatio & constitutio Vogthei vel judicis, alio-
 rumque officialium publicorum, *argum. L. 2. ff. de Jurisd. c. prat.*
extr. de offic. delegat. Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 25. 12.*
 Inspectio & cura focorum, Fritsch. *in senat. pec. concl. 22.* Joan.
 à Fel. *observ. 38. c. 7. n. 17. §. 18. 13.* Invigilatio circa persecu-
 tionem grassatorum *L. 3. de off. pres. L. 7. ff. de incend. ruin. §.*
naufrag. Fritsch. *de viis publ. c. 12. n. 23. 14.* Convocatio sub-
 ditorum Vogtheicorum per sonum campanæ Farinac. *q. crim.*
113. inspec. 4. Cravet. *cons. 4. n. 1. 15.* Revisio & acceptatio ra-
 tiociniorum communitatem concernentium, *L. 2. Cod. de deb.*
civit. in fin. argum. L. congr. ff. de offic. pres. 16. Jus mulctandi pe-
 cuniarie in delictis civilibus, Bald. *in L. 1. n. 10. Cod. de fruct. §.*
lit. expens. Menoch. *cons. 56. n. 5.* Carpz. *decis. 27. n. 15.*
 17. Dictatio variarum pœnarum civilium ad corporalem coër-
 citionem sine corporis tamen cruciatu Zahn *de Jur. municip.*
c. 9. n. 4. Bart. tr. de carc. n. 2. 18. Jus constituendi tu-

tores & curatores *L. 4. ff. de jurisd. L. 4. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* 19. confectio inventariorum, Copin, *de invent. lib. 1. c. 1. n. 103.* 20. jus obfignandi & figillandi Höp, *de infg. c. 11. n. 252.* Wefenb. *conf. 11. n. 6. 21.* Jus protocolli & litterarum requisitorialium, Gail. *lib. 1. observ. 113. n. 16.* Berl. *p. 1. concl. 79. n. 25.* Ertel, *de Vogth. lib. 1. c. 23.* Brunnem. *proc. civ. c. 20. n. 75.* Coler, *de proc. execut. lib. 3. c. 2. n. 20. 22.* Jus pignorandi, Gail. *de arrest. c. 1. n. 11.* Berl. *p. 1. concl. 50. n. 4. 23.* Jus visitandi loca suspecta, Boërius *decif. 174. n. 20.* Leopold. *de perscrut. domest. c. 6. n. 7. 24.* Jus fredi seu proclamationis pacis publicæ, Rul. *decif. Jur. contro. q. 13.* Besold, *thes. prac. verbo Gebott und Verbott, 25.* Jus detractionis in terris Franconicis plerumque ita usitata, Schvvam. *de Jur. detract. §. 9. R. J. de ann. 1558. §. wo aber.* Nec non introductionis seu intrada, Fritsch *tom 1. con. 4. n. 49.* 26. Confectio testamentorum ad acta. Besold, *in delib. Jur. lib. 28. q. 7.* 27. Edictio processus creditorum in puncto concursus. *L. 33. ff. de usur. Marand. in Spec. p. 6. art. de execut. sentent. n. 1.*

V.

Jurisdictioni huic inferiori quoad specialiores effectus suos annumeratur 28. institutio Zünfftarum seu opificum, Bidentb. *q. nob. 7.* Wehn. *ob. prac. V. Vogthey.* 29. directio cujuscunque processus judiciarii, eorumque executio, Bart. *in L. 2. §. 7. ff. de itinere, actuque priv. Ertel de Juris. inf. c. 34. 30.* constitutio agrimenforum, Rull. *de commif. c. 24. n. 4. tex. in L. 8. ff. de fin. regund. 31.* Jus collectandi in certis quibusdam necessitatibus communitatis Wefenb. *45. n. 10.* Perez. *Cod. de interd. n. 11. 32.* concessio securitatis per pagos communitatis, Hildebr. *de jur. univer. c. 7. posit. 10. 33.* Sustentatio infantum expositorum Moll. *semest. l. 4. c. 45. n. 2.* Bocer. *de jurisd. c. 9. n. 22.* nisi alia pia causa ad hos alendos sit fundata, Surd. *de alim. tit. 1. q. 81. n. 1. 34.* concessio ducendorum delinquentium per districtum Judicii sub litteris salvi conductus, Franz. *lib. 1. resol. 18. n. 10.* Carpz. *prac. crim. q. 109. n. 18. 35.* apprehensio facino-

ro-

rosorum in flagranti facta, eorumque custodia donec damnum datum resarciatur salvâ remissione, Bidenb. q. nob. fol. 205, 36. Coactio ad certas tabernas & molendina, Manz. decis. palat. 15. n. 5. & in summa ad hosce effectus Jurisdictionis Vogtheicæ referuntur omnia delicta leviora, quæ consistunt in ictibus, contusionibus, verberationibus ac percussionibus vulnerationem lethalem non inferentibus & furta minora ultra 5. flor. se non extendentia, Carpz. in proc. tit. 2. a. 1. n. 85. Straus. de Jurisd. bas. §. 15. Ertel. de Jurisd. inser. lib. 2. c. 9. causas verò alias & omnia delicta ad domini Vogtheici Jurisdictionem & cognitionem qualificata fusè recenset Carpz. prax. crim. q. 109. n. 32. & Linck. de Vogtheja c. 3. §. 6. & seqq.

VI.

Sed quis dicendus erit dominus territorialis, si in districtu vel provincia quadam unus habeat Jurisdictionem Criminalem vel centenam, alter verò Jurisdictionem Vogtheicam? Et sanè hoc casu jus Vogtheicæ præferendum esse imperio merò non est dubitandum, siquidem Dominus Vogtheicæ singulis momentis Jus dicit, adeoque hunc esse dominum loci, non verò Imperium merum habentem, tum quia hoc rarissimè & non nisi contra malos exercetur, tum quia in solis majoribus delictis locum habet, extra quod subditi centenæ planè non sunt subditi Knipsch. de civit. imp. lib. 1. c. 12. n. 135. affirmans Jurisdictionem tantùm criminalem habenti nullum in homines Jurisdictionis competere Jus, nisi delicto commisso, id. Knipsch. l. c. n. 142. & 43. licet merum Imperium territorio terminetur, non tamen territorio sed personæ coheret, adeoque habens Jurisdictionem criminalem non potest dici Dominus terræ, Knipsch. tr. de nobil. lib. 1. c. 11. §. 223. quam sententiam Reink. Leipold, aliive relatores apud Gylm. & Klock. confirmant, ubi communiter ita distinguunt inter dominum centenæ & Vogtheicæ, quod hic dominus sit territorialis, & intuitu locorum atque subditorum, quorum est dominus, versetur in suo, centenæ verò dominus in alieno, Ertel. p. 2. observ. equest. observ. 19. Quod plurimis etiam præjudiciis in camerâ jamjam obtinuit,

nuit, huc afferri potest illud ex Gylm. in *Decis. ac observ. lib. 11. p. 749.* ubi præter alia habetur, quod Episcopus quidam prætenderit merum Imperium & Jus gladii, alius verò Jurisdictionem Vogtheticam, quærebat, cujus igitur subditi esse dicantur? & respondebatur subditos ejus esse, qui quotidie jus dicit, quo loco plura indicia verè subditi exhibentur, idem ibid. *relat. 127. n. 55.* & Knich. *de jur. terr. c. 4. §. 113.* quod & ipsum comprobant mores Franconiæ, quorum vigore Princeps primarius & Director Circuli Franconici eatenus rem declaravit, quod Jurisdictio criminalis sive centena secundum naturam & proprietatem non sit Jurisdictio illa territorialis seu universalis, cum hujus effectibus planè destituatur, *Londorp. D. P. IV. L. 11. §. 13.* præsertim verò Camera Imperialis sensum hujus vocis Vogtheja pro jure territoriali recepit, atque hoc pro Maxima perpetua observandum constituit, cujus testes sunt omni exceptione majores, *Mager. de advoc. arm. c. 2. n. 208.* *Speidel. voc. Vogt.* ubi communiter hodiernis moribus verbum Vogthejæ pro omnigenâ Jurisdictione domino loci competente accipitur, item *Steph. de jurisd.* quod jus territorii non criminalem sed civilem Jurisdictionem sequatur, *lib. 11. p. 1. c. 7.* & quod in specie dominus centenæ non sit dominus hominum, nec dici possit, quod sint sui homines, nec hunc versari in suo inquit *Merckel.* apud *Klock. lib. 1. conf. 10. nu. 91.* vid. ulterius *Rosenth. de feud. c. 6. concl. 85. n. 10.* *Klock. de contrib. c. 3. num. 156.* Quibus omnibus uniformiter clarissimi Juri & practici cum quotidianâ ferè observantia Imperii in terminis assentiunt, & uno velut ore loquuntur, quod definita & particularia jura alicui concessa universalitatem & compendium reliquorum juri non inducant, qualis est centena, etsi in suâ latitudine illimitatâ, sed potius dominus Vogthejæ fundatam habeat intentionem pro omnibus aliis juribus non exceptis *Lynck. de super. terr. p. 22. § p. 35.* *Besol. conf. 233. q. 1.* & quod si jurisdictio alicui sit tributa per enumerationem casuum aut certam definitionem, haud quaquam ultra præjudicium alterius sit extendenda, *Myll. de princ. § Stat. Imp. c. 48. §. 15.* ex quo communiter inferunt, quod jurisdictionem secundum quid habens, sibi Jus territorii vel superioritatem vindicare non possit, prout ex *Reinck.*

&

& Mich. defendit auth. deduc. Lindav. p. 125. Potissimum tandem cum jura particularia à diversis possessa non inducant subjectionem totalem, nec ab aliquâ Jurisdictionis specie ad universalem Jurisdictionem & subjectionem possit argumentari, claudicat enim illatio talis: centenam habet: ergo etiam Jurisdictionem territorialem, Goed. v. 1. cons. 28. n. 263. & seqq. Ex quibus allegatis per se fluit, quod dominus centenæ nihil habeat commune cum Jurisdictione territoriali, nec quoad hanc Jus subjectionis universalis prætereendere possit, eoquod in delinquentibus subiectio non aliter infideat, quam perpetrato delicto Merckelb. ap. Klock. tom. 1. cons. 2. num. 86. Besold. thes. prac. voc. Blut. Bann ver. mer. imper.

VII.

Ad normam Jurisdictionis territorialis nobiles mediati, & sic Vasalli & subditi omnimodè tales quandam exercent Jurisdictionem in territorio circa feudalia sua castra vel pagos & rusticos sibi subditos, qui præter homagium à subditis suis præstandum, Maul. tr. de homag. aliqualem in subditos suos exercent Jurisdictionem, & Jurisdictioni Vogtheica quodammodò similem, talemque nimirum, qualem dominus superior ipsis in investiturâ simul cum castro concessit, aut quam aliunde habent legitimè acquisitam, quarum species omnes explicat Knich. de jur. terr. c. 4. & lib. 2. de pac. vest. c. 3. n. 23. ex qua Jurisdictionis vi in causis levioribus rusticos seu subditos suos possunt mulctare & incarcerare, Meichs. decis. cam. tom. 2. lib. 2. Decis. 4. n. 164. fol. 245. Possuntque regulariter actus omnes exercere, qui ad Jurisdictionem inferiorem civilem & bassam pertinent, Berlich. concl. 1. p. 1. Wehn. verb. Gericht. Quando autem talis insimul expressè vel æquivalenter cum mero Imperio aut Jurisdictione Criminali est investitus, dum & capturam & torquendi potestatem accessorium tanquam cum principali habebit, Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 2. n. 26. L. edict. 8. ff. de quest. & tort. L. 138. de reg. jur. Quin & delinquentes ad postellas condemnare, furcasque novas erigere non impeditur, Gylm. in symphon. tom. 2. p. 3. tit 10. fol. 235. Gail. observ.

22. n. 1. Bidenb. nob. q. 7. per tot. Principaliter tamen in hisce actibus attendendum, an quid in literis investiturarum sit reservatum, & quid in actibus hujusmodi usus & consuetudo loci patiat, cit. Bidenb. q. 7. n. 5. Adscribitur etiam hisce nobilibus mediatis jus quandoque venandi, Gail lib. 2. observ. 68. quod pro diversitate locorum in eadem sylva diverso tamen respectu pluribus competere potest, Gail. de pignor. c. 24. n. 7. Meichs. tom. 2. decis. 2. fol. 15. inde etiam ratione juris signandi inter superius & inferius Jus venandi erit facienda distinctio Bidenb. q. 7. per tot. Mind. lib. 2. de mandat. Wehn. in verb. Forst-Recht. exercent similiter nobiles mediati vi prædictæ Jurisdictionis jus exigendi operas à rusticis sive subditis suis partim jure subjectionis, Gail. de arrest. c. 10. in princ. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. mem. 2. n. 185. partim vero conventionem & præscriptionem præstandas, Coler. de proc. execut. p. 1. c. 9. n. 67. Knich. de pact. invest. p. 2. c. 3. num. 1. quæ operæ vel sunt indeterminatæ vel indefinitæ L. 24. ff. de oper. libert. Steph. de jurisd. lib. 2. c. 7. n. 159. Maul. de homag. c. 4. vel determinatæ & definitæ, Gail. lib. 2. observ. 62. n. 12. Treutl. Dis. 2. vol. 1. th. 4. lit. b. Ad aliqualem denique horum nobilium mediatorum Jurisdictionem pertinet exactio pensionum à rusticis suis, virtute cuius rustici vel subditi nobilibus suis ac dominis vel ex constitutione vel ex consuetudine annuatim præstare tenentur quosdam modios frumenti, Kell. de offic. jurisd. pol. lib. 2. c. 10. fol. 360. item gallos & gallinas Wehn. prac. observ. verb. Sastnacht-Hüner. His actibus nobilium mediatorum accedit consuetudo extruendi castra à subditis suis quibusdam in locis facienda, item refectio & custodia, de quibus & similibus vid. Berli. concl. 65. p. 2. per tot. Becht. concl. 65. p. 2. per tot. Mingl. de super. terr. c. 6. nu. 80. Habent etiam nobiles mediati Jus subditos suos leviter castigandi, Husan. c. 8. n. 18. Kirch. de repub. Dis. 1. corol. 7. Becht. de salv. cond. concl. 246. & quid de cæteris juribus nobilium mediatorum circa bona subditorum vacantia, circa contributiones extraordinarias, & talia his similia dicendum, vide latius Schurpf. con. 83. num. 7. centu. 2. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 9. num. 60. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 47. Mat. Steph. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 233.

VIII.

Cùm autem nobiles tantis gaudeant commodis circa subditos suos, an & obligabuntur pro iis, si consensuales fortè literas vel commendatitias ad dandum aliquid mutuuum illorum intuitu interponant? Pro negativa quidem pugnare videtur, quod salutaris illa clausula (jedoch mir und meinem Pittschafft ohne Nachtheil) vel commendatitiæ scribentem & loquentem haud obligent, secundum Jason. in L. admonend. nu. 146. ff. de jurej. Wesenb. in parat. ff. mand. n. 6. v. nam si quis. Köp. p. 1. Decis. 36. n. 10. Hering. de fidejuss. c. 18. n. 8. cujus fundamentum in jure civili habetur per L. 12. §. 12. ff. mand. ubi dicitur quod non obligetur is, qui commendandi hominis causâ epistolam scripsit, per L. 7. §. 10. ff. de dol. mal. quo loco habetur: prætorem non dedisse actionem de dolo adversus eum, qui affirmaverat idoneum esse eum, cui mutua pecunia dabatur, nam hisce modis nihil aliud agitur, quam ut is, cui talis commendatur, benevolentia suæ officia commendato præstare, eumque juvare possit; non autem voluntas se ipsum obligandi ex prædicto consensu vel commendatione colligatur; aliud est etenim commendare & consensum suum ad dandum dare, & aliud voluntatem suam ad iterum solvendum insinuare, L. 11. §. 2. ff. de legat. Atque sic hæ litteræ non omninò dispositoria nominari possunt, Bald. in L. si lit. n. 3. Cod. mand. Finckelth. observ. 16. n. 4. ut profectò ex nudâ aliqua persuasione, si fraus absit, obligationem hoc casu inducere non liceat. His autem non contrariantibus dominus consentiens vel commendans in casu minus habentia ad restitutionem debiti tenetur, siquidem verba illa aut scriptura commendatoria affectatam & obligatoriam inducant exhortationem, nisi talis dolosa persuasionis argui velit vel saltem magnæ calliditatis, quâ quis falsò aliquem commendat, ex quâ persuasione scribentem obligari ad præstandum satis est perspicuum ex d. L. 7. §. 10. ff. de dol. mal. in fin. add. L. 3. ff. ibid. Wesenb. p. 7. con. 351. n. 97. & seqq. verba enim quibus quis aliquem recommendat vel aliunde dat consensum, vulgò Consens-Brief, exactiùs perpenda-

G

penda-

pendamus, non possumus de mente & proposito simul se obligandi ulterius dubitare, nam qui consensum vel commendationem præstat, operam alicui præstandam, adeoque effectum ejus ipsum polliceri videtur *argum. L. si quando 109. ubi Bart. ff. de legat. 1.* Estque hoc ipsum, quod ex hujusmodi litteris interpretes vulgò tradunt quemquam obligari, si ex circumstantiis, ut sit hoc casu, vel verborum cortice mens quædam obligandi appareat, præcipuè quod huic & huic fides sit adhibenda, aliove modo scriptum sit *d. L. 12. §. 13. ff. mand. Schneidevv. ad princ. instit. de mand. n. 7. L. ult. cod. quod cum eo*; idque in casu præsentis minus habet dubii, quo dominus vel nobilis subditos suos, pro quibus intercessit, facillimè ad restitutionem compellere possit, cujus intuitu creditor fidem dedisse censetur, aliàs forsitan rusticis vel subditis plerumque pauperculis nil mutuò daturus, quæ circumstantiæ ejusdem ferè sunt qualitatis, quæ institor mercatoris alicujus principalem suum de fide commendat, qui solutioni vel restitutioni vix se subtrahere poterit, postquam in illo negotii genere, cui præpositus est, ad mutuò dandum creditorem allicuit *argum. L. 4. §. 10. ff. de instit. act. Gothof. ad L. 24. ff. de fidejuf. Lit. 1. v. quid si procura. Schneidevv. princ. instit. de mand. n. 8.*

IX.

Ex antecedentibus repetere quodammodo licebit, quod in territorio reperiantur Magistratus quidam inferiores, qui respectu Jurisdictionis territorialis aliqualem exerceant Jurisdictionem. hujus ordinis sunt Civitates Provinciales, quæ in suo districtu & civitate aliquando omnimodâ Jurisdictione, aliquando autem mixto solum Imperio ex singulari Principis gratiâ vel alio conventionis vel præscriptionis titulo reperiantur dotatæ. Steph. *de jurisd. lib. 2 p. 2. c. 2. n. 17.* Brunig. *de variar. univers. speciebus. th. 25. lit. b.* quo respectu Senatus Juramentum obsequii, id est, den Bürger-Eyd, ab omnibus novellis civibus exigit, vi cujus debitam obedientiam & mores se facturos pollicentur, Knich. *de jur. terr. c. 3. n. 162.* Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 212.* Possunt quoque hujusmodi civitates vel potius earum Magi-

Magistratus statuta municipalia condere circa res eas, quæ pertinent ad singularem civitatis administrationem, quæve negotia illius universitatis concernunt, item de rebus venalibus in foro jam propositis vel proponendis, Mat. Steph. *de jurid. lib. 2. p. 2. c. 7. n. 45.* Koll. *à valle v. 2. conf. 39.* modò tamen pro securitate majori requirant consensum vel confirmationem sui superioris, Gail. *lib. 1. de pac. publ. c. 6. n. 10.* Color. *de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 12.* quin autem hæ civitates Jus quodammodo multandi per se possint exercere, non impediuntur, Bocér. *de regal. c. 3. nu. 19.* Brüning. *de var. univ. spec. concl. 32.* Nec non Jus civitatis ceu, ut alij volunt, civilitatis absque jussu superioris concedere possunt, Gylm. *tom. 5. symph. relat. 10. n. 12. & seqq.* Buxtorf. *ad A. B. concl. 99. lit. E.* Quod tamen certâ pecuniæ taxâ comparandum, exhibitis prævie litteris legitimæ nativitatis, quarum defectu aliàs diutiùs non tolerantur incolæ, nisi intra annum se debitè legitiment & taxam redimant, vid. Gail. *lib. 2. observ. 35. nu. 8.* Wehn. *in verb. Burger-Recht.* Kop. *decis. 11. n. 4. p. 1.* cujus rei mirum non est, cum & ipsi nobiles in quibusdam civitatibus ad præstanda hujusmodi jura civica adstringantur, ut notatur de Villiagensi civitate in Austria, ubi nobiles ibi habitantes homagium civicum præstare tenentur, & in litteris patentibus in Schwöhr-Brief, sano tamen sensu die ehrbarn Müßiggänger indigitantur, Wenck. *Collect. de Pfalburg. & Usburg. num. 20. fol. 121.* Knipsch. *de civit. imp. lib. 2. c. 2. n. 181.* Possunt etiam hujusmodi civitates instituere nundinas hebdomadales, Wochen-Märc anstellen, Bocér. *de regal. c. 2. n. 239.* Steph. *lib. 2. p. 1. c. 1. memb. 2.* eoque nomine pecuniam forensam exigere, Stand-Geld fordern, Wesenb. *conf. 12. n. 67.* Gylm. *tom. 1. p. 1. fol. 175.* eodem jure possunt ad sustentanda onera universitatis quasdam collectas indicere, Wesenb. *conf. 27. n. 26. L. 5. c. de oper. publ.* Habent pariter hæ civitates jus detractionis, quod se non modò ad emigrationem extendit, Gail. *lib. 2. observ. 36.* sed etiam ad hæreditaria quæcunque bona extra territorium transferenda, Ming. *de super. terr. cap. 6. num. 83.* Berlich. *pag. 3. concl. pract. conclus. 52.* plura de his civitatum juribus placeat videre, apud Henr. Brunig. *de var. univer. spec. earum-*

que jur. & Knich, de jur. terr. per tot. Math. Steph. de jurisd. passim.

X.

Egimus hucusque de Jurisdictionibus, territoriis & districtibus inseparabiliter annexis, videamus nunc etiam breviter de jurisdictione illa, quæ sine territorio subsistere potest; ejusmodi Jurisdictio & quidem ordinaria data est in vim privilegii Rectoribus Academicarum, Mat. Steph. de Jurisd. lib. 3. c. 23. regulariter tamen absque mero Imperio, Hunn. de Jurisd. p. 1. c. 3. q. 3. idem de privil. stud. c. 2. q. 1. Talem etiam habet Camera Imperialis, ut & Rota Romana, Bald. lib. 1. §. releganti n. 4. ff. de off. prætor. urb. ut & arbitri Juris & pares Curia, Knich. de Jur. terr. c. 1. n. 197. Petr. de fideicom. q. 13. n. 33. dominus feudi, si feudum sit in alieno territorio, Schrader de feud. p. 10. sec. 8. tit. 2. n. 14. magistratus militaris L. 2. Cod. de off. præf. mil. L. magister. Cod. de Jurisd. Aula Marschallus; Stryck. de for. ministr. princ. per tot. Uffenbach. de jud. aul. c. 16. sec. 3. n. 2. similiter aliquam Jurisdictionis hujusce partem collegia opificum approbata obtinent Steph. de Jurisd. lib. 1. c. 38. n. 28. in causis ad professionem eorum spectantibus Schneide. inst. tit. de Jur. nat. gent. & civ. sub rub. qui poss. cond. stat. n. 15. ita tamen, ut cum hac concurrat ordinarii judicis Jurisdictionis, L. fin. Cod. de Jurisd. Fritsch. de coll. opif. c. 3. n. 2. 3. 4. Brunnem. ad L. fin. ff. de coll. n. 9. Exercetur autem hæc plerumque à quatuorviris vel senioribus in omnia collegii sui membra, Müller ad Struv. exerc. 4. lib. 2. tit. 1. th. 80. lit. a. Denuò finem faciet quaestio, num talia collegia habeant potestatem judicandi super delicta publica à collegiis illorum commissa? equidem Jurisdictionis, ut antea modo diximus, iis videtur concessa L. ult. Cod. de Jurisd. omnim. jud. unde etiam profluit potestas condendi statuta, Bart. in. L. omn. pop. quid quod collegia illa ab initio ita sunt constituta, ut iudices sibi electi habeant potestatem, qui esse nequeunt tales nisi cum Jurisdictione & ejusdem exercitio, Steph. de Jurisd. c. 8. n. 19. adeoque super delictis publicis v. g. adulterio &c. in collegio suo judicare posse sibi persuadebunt.

Respon-

Respondetur tamen negativè, nam licèt Jurisdictio aliqua hujusmodi collegiis competat, ea tamen est restricta ad causas professionis suæ tantummodò, quarum intuitu eos quidem coërcere possunt, qui sunt ex numero collegii, Paul. *castr. in L. 3. n. 5. cod. de Jurisd. Vult. in L. ult. n. 13. & 20. cod. de Jurisd. omni extra* quas verò si collegia opificum de tutelis forte aut dotibus &c. ad jus utpote commune civium pertinentibus cognoscere præsumerent, rectè opponitur vulgatum illud: ne sutor ultra crepidem Schneidevv. *inst. de jure nat. gen. & civ. §. jus autem n. 15.* ex quo inferitur, nullam his collegiis competere facultatem vel puniendi vel agnoscendi super adulterio vel alio crimine publico à collegiatis perpetrato, nam talia non modò pacem unius collegii, sed totius civitatis, omnesque in univ-
 sum turbarent, quod confirmatur per Jctum facultatis Juridicæ Lipsiensis mens. Octob. an. 1649. editum, cujus hæc sunt verba: Ist NN. wegen begangenen Ehe-Bruchs die verdiente Straff zuerkannt, solche aber nachmals auf gewisse Masse in eine Geld-Busse verwandelt worden, dahero ihr ihn im Handwercke, ehe und zuvor er mit demselben vor öffentlicher Laden verglichen, als einen Zunftmäßigen zu dulden nicht gemeynet. Ob ihr euch nun wol deswegen auf anderer Orter Gewohnheit, und wie es bey diesem Handwerk in dergleichen Fall gehalten wird, beruffen thut, gestalten dann etlicher fremder Handwerker und Meisterer Attestata disfalls von euch vorgeleget werden können, die Begünstigung des Ehe-Bruchs auch nach beschehener Condemnation zur Straffe, eine Infamiam mit sich bringet, und dem Handwercke so fern ein Theil der Jurisdiction zuständig, daß sie in Sachen die Innung und Zunft betreffende cognition anstellen, Anordnung machen, und die Verbrechere bestraffen können; dieweil aber dennoch vor-erwehnter auswärtiger Meister und Handwerker Attestata auf bloßen Bericht und irriger Meynung beruhen, derer sie keinen richtigen Grund angeführet, noch anführen können, das crimen adulterii auch, wann auch nach beschaffenen Dingen dem Verbrecher nur pœna arbitraria und extraordinaria zuerkannt wird, ihn nicht anrücklich und Ehr-loß machet, des Handwercks Cogni-
 tion und Bestrafung aber einig und allein auf die Verbrechen wider die Handwercks-Statuta zu restringiren, und keineswegs
 G 3 auf

auf allgemeine ärgerliche Delicta zu ziehen, ferner von euch keine In-
 nungs- Articul darinnen difsfalls etwas verfehen, vorgelegt werden
 mögen, NN. auch seine Verbrechen allbereit verbüffet, und ausgeföh-
 net, dahero ganz unbillich feyn wolte, einen Delinquenten mit zweyer-
 ley Straffe eines delicti halber zu belegen, 2c. So mag demnach
 mehr-berührter NN. mit dem Handwercke sich absonderlich zu verföh-
 nen, nicht gezwungen, noch ihme difsfalls Eintrag gethan werden, fon-
 dern er wird bey der Handwercks-Zunft, Gemeinschaft, Arbeit und
 Gewonheit, wie zuvor gefchehen, ohne fernere Vergleichung, billich
 gelassen, V. N. W. Quibus pro more libertatis Academicæ ita
 propositis tandem, DEO cœli terræque domino sint
 laudes, Cæsari, quæ sunt Cæsaris, suum cui-
 que, huic verò dissertationi sit

FINIS.



COROL.

COROLLARIA. EX JURE NATURALI.

- I. *Jus naturæ est distincta non solum à Theologia sed & Philosophia in
disciplina.*
- II. *Jus naturæ & gentium non specie sed subjectis potissimum differunt, adeo
ut in negotiis singulorum hominum dicatur jus naturæ hominum, in ne-
gotiis integrarum gentium jus naturæ gentium.*
- III. *Maxima illa quæ inter homines ratione ordinum & dignitatum extat inæ-
qualitas non tollit præceptum de agnoscenda & colenda naturali homi-
nùm æqualitate.*
- IV. *Testamenta non sunt inventum Juri civili propriam, sed spectant ad jus
naturæ, prout & usucapio est modus acquirendi juris naturalis & gen-
tium.*
- V. *Communiõ uxorum & Polyandria juri naturæ adversa, divortia autem non
naturali jure, sed positivo divino sunt prohibita.*

EX JURE CANONICO.

- I. *Contra legem Ecclesiasticam potest introduci consuetudo, nec requiritur spe-
cialis summi pontificis scientia.*
- II. *Clericus coram judice laico reconveniri potest, nec summus Pontifex potuit
Clericos in temporalibus eximere à jurisdictione principum, quo ad rea-
lia & feudalia.*
- III. *Episcopus Titularis non adeo simpliciter potest eligi, sed debet postulari,
ita ut non tantum majora sed duas tertias habeat necesse.*
- IV. *Sponsa per vim cognita consummatur matrimonium quoad vim dispensa-
tionis, ita ut quamvis alias matrimonium ratum quo ad vinculum dis-
solvi possit per dispensationem pontificiam, in hoc tamen casu dissolvi non
soleat.*
- V. *Simonia Jure divino, naturali, & Ecclesiastico est prohibita.*

EX POLICIA.

- I. *Mulieres Regnorum Capaces haud esse statuimus.*
- II. *Imperatorum Regum, ac Principum Curias tum bene constitutas
esse dicimus, si tales in eas adiscant, in quibus natura cum arte & usu
est conjuncta.*

III. *Mu-*


- III. Illustrissimi, illustres, Generosi, Nobiles, Consilarii, studiosi a Vectigalium onere sunt liberi.
- IV. Non facile cum potentioribus fœdera sunt pangenda, quod præter commune adagium, vulgatissimi docent Casus,
- V. Monarchia in sese & absolute Considerata reliquis reipublicæ formis simplicibus est præferenda, prout etiam Electio merito præfertur successioni.


EX JURE FEUDALI.


- I. Liberi ex patre Principe aut cujuscunque alterius illustris Dignationis, matre autem plebeja geniti in feudis Imperii regalibus succedunt.
- II. Ecclesiasticorum principatum successores ex antecessorum facto non obligari contemimus.
- III. Filii in feudo antiquo non possunt feudum amplecti & repudiare hereditatem in allodialibus.
- IV. Fœmina semel exclusa semper exclusa censebitur, ita ut auf den ledigen Anfall nihil amplius prætere possit.
- V. Admissam tamen ex consuetudine in Regni successionem fœminam, non tam Reginam, quam regni Rubinam appellamus, ita ut in alio planè sensu intelligendus sit Propheta, quipenam innuit divinam: ubi regnare incœperit mulier.


EX JURE CIVILI.


- I. Ob supervenientiam liberorum donatio de jure civili non potest rescindi.
- II. Principem ex plenitudine potestatis non posse testamentis privatorum derogare concludimus.
- III. Filius familias de peculio adventitio irregulari nequit testari, quamvis consentiente patre mortis causa donare possit.
- IV. Substitutio pupillaris expressa, non tamen tacita excludit matrem à legitima.
- V. Petitorium cum possessorio retinenda cumulari potest, Furi autem luendi pignoris 30. vel. 40. annorum spatium juxta sententiam in camera imperiali receptam præscribi nequit.











(o)



B.

r Extract aus Mehlführers Schriften:

Extract

artin Mehlführers zweyen Schriften einiger wie-
nd Westphälischen Frieden, auch andere Reichs-
r passuum.

ten schrift ist: die ehre und freude der
re. gedruckt in der Stifft. Kemptischen
ben Joh. Meyer 1714. fol.

ndern schrift ist: freundliche warnung an
Wernsdorff, Probsten und Consistorial-
fessorem publicum zu Wittenberg, auch
im Strunzen, gedruckt in der Stifft-
chdruckerey durch Joh. Meyer. 1714. fol.

as sind mit mehr andern folgenden, da er in der
und Freude pag. 20. et 16. schreibt, daß die
er die Augspurgische Confessions- verwanden,
stitutionibus zu wieder, durch und durch nennet]
ilde im Römischen Reich toleriret werden.

Diamentraliter wieder die Fundamenta ihrer

nten Freundlichen Warnung p.22. die allergnäd-
yfer duldeten nur zwey Secten im Reich, die
lutherische, nicht aber die Pietistische; wann er
do hätte, so wäre Lutherisch, Calvinisch und
eufel, solten alle ausgetilget werden.

M

Und

